mine antiquitus appellati sunt. de iis quae in ignobili quodam Thraciae oppido Petro et incolis acciderunt, utque Sclavorum praefectus Piragastus sit interfectus. de militum Romanorum virtute, licet aquarum ingenti penuria premerentur. Petro a Sclavis pugna superato Priscus iterum belli imperator delectus est. obitus Ioannis cognomento ieiunatoris, patriarchae Constantinopolitani, deque mutuo a Mauricio imperatore accepta pecunia datoque aeris accepti confessique chirographo; quantoque in pretio vere pius Augustus ille relictas a praesule post mortem pannosas vestes habuerit. de Maurusiorum adversus Carthaginem expeditione, utque Gennadii fortitudine bellum illud extinctum sit. de Cometa, qui dies complures visus est. de intestino apud Turcas et civili bello: accessit de eorumdem republica narratio. ut Turcarum Chaganus Ephthalitarum principe interfecto totam eam gentem subegerit: ut Agarenorum ad haec et Colchorum gentem trecentorum millium strage caeciderit, utque insurgentem adversus se Turum interfecerit, quo nomine victoriae nuntiam epistolam Mauricio imperatori scripserit. idem Abaros quoque sub iugum victos misit. refert et de gentibus quae Taugast incolunt, et de Mucri, in quas devicti Abari dispersi sunt. item de Var et Chuni, quorum pars magna iam inde ab Iustiniani temporibus

τῶνδε τῶν ἐθνῶν ἐνδημεῖ τῇ Εὐρώπῃ, οἳ καὶ Ἀβάρους ἑαυτοὺς ἐπεφήμισαν. καὶ ὡς ἡ Τούρκων χώρα σεισμοῦ καὶ λοιμοῦ ἀπείρατος. περί τε τοῦ χρυσοῦ λεγομένου ὄρους, καὶ περὶ τῆς Ταυγάστ, περί τε τῶν σκωλήκων τῶν τικτόντων τὴν ἐσθῆτα τὴν Σηρικήν, καὶ ὡς πολλή ἐστι περὶ τὴν λεγομένην Χουβδὰν ἡ τῆς μετάξης γένεσις, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν νόμιμα. καὶ περὶ τῶν Ἰνδῶν τῶν λευκῶν τὸ σῶμα. διάλεξις πρὸς τὸν Πρίσκον Χαγάνου περὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς Σιγγιδόνος, καὶ ἀντιλογία Πρίσκου πρὸς αὐτόν, καὶ ὅπως ὁ Πρίσκος Σιγγιδόνα σώζει τὴν πόλιν. ὅσα τε κατὰ Δαλματίαν οἱ βάρβαροι διεπράξαντο καὶ πόλεις ἐπόρθησαν, ὅπως τε ὁ Γουνδοῦϊς παρὰ Πρίσκου σταλεὶς κατὰ τῶν ἐν Δαλματίᾳ βαρβάρων ἠρίστευσεν. ὅτι τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Μαυρικίου προαγορεύει μοναχός τις τὸν αὐτοῦ θάνατον καὶ τῶν τέκνων· ξίφος γὰρ γυμνώσας, ἀπὸ τοῦ φόρου μέχρι τῶν προαυλίων τῶν ἀνακτόρων διαδραμών, αὐτόν τε Μαυρίκιον καὶ τὰ τέκνα ξίφει τεθνάναι προηγόρευσεν. ἀλλὰ καὶ Ἡρωδιανός τις τῷ βασιλεῖ διεῖπε τὰ συμβησόμενα. περὶ τοῦ συμβάντος λιμοῦ τοῖς στρατεύμασι, καὶ ὡς ὁ Χαγάνος παραδόξῳ φιλανθρωπίᾳ πενθημέρους σπονδὰς τοῖς λιμώττουσιν ἔθετο, ὡς ἂν ὁ ἐπισιτισμὸς ἀπὸ τῶν βαρβάρων τοῖς Ῥωμαίοις ἀδεὴς ἔσοιτο· καὶ ὡς ἀρώμασιν ὑπὸ Πρίσκου φιλοτιμηθεὶς ἐπὶ τὰ κατὰ Μυσίαν ἐχώρησεν. ὡς συνῆψεν ὁ Χαγάνος περὶ τὴν Μυσίαν πρὸς Κομεντίολον μάχην, ἐπιβουλῇ δὲ Κομεντιόλου διαφθείρεται ὑπὸ

in Europa sedes habent, Abarosque se nominarunt. Turcorum regionem terraemotui ac pesti minime obnoxiam. de monte qui Aureus sit dictus, ac de ipsa urbe Taugast. de bombycibus, qui ex se vestes gignunt sericas, et quod serici ingens gignatur ad Chubdam urbem, quam appellant, copia, quaeque in illis vermibus glomerandis fieri solita. de Indis, qui candido sunt corpore. disceptatio Chagani cum Prisco de Singidonensibus in servitutem abducendis, Priscique contraria sententia, utque eam urbem Priscus servarit. quae per Dalmatiam barbari gesserint, quasque urbes everterint. quomodo Gundoes a Prisco adversus barbaros in Dalmatiam missus res fortiter gesserit. undevicesimo imperii Mauricii anno monachus quidam mortem illi liberisque eius praedixit: stricto enim gladio a foro ad palatii vestibulum procurrens Mauricium una cum liberis ferro occisum iri denuntiat. quin et Herodianus quidam imperatori eventura praenuntiavit, famem scilicet illam, quae post in castris orta. ut incredibili Chaganus humanitate esurienti exercitui quinque dierum indutias concesserit, quibus absque metu barbarorum commeatus annonaque ferretur Romanis, utque vicissim a Prisco donis honoratus in proxima Mysiae loca discesserit. in Mysia Chaganus cum Comentiolo signis collatis conflixit, perfidiaque Comentioli Romanorum exercitus, clade accepta, caesus a barbaris est, fuga interim

τῶν βαρβάρων τὸ Ῥωμαϊκόν. καὶ φεύγει Κομεντίολος, καὶ πρὸς Δριζίπερα τὴν πόλιν παραγίνεται, καὶ ἀποπέμπεται τῆς πόλεως ὡς φυγάς, καὶ πρὸς τὰ μακρὰ παραγίνεται τείχη. οἱ δὲ βάρβαροι κατόπιν ἰόντες πρῶτον τὰ Δριζίπερα αἱροῦσι, καὶ τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ μάρτυρος ἐμπρήσαντες νεὼν καὶ τὸ σῶμα τῆς θήκης ἐκσύραντες ὕβρισαν. θεία δὲ δίκη μετῆλθε τοὺς ὑβριστὰς τοῦ μάρτυρος· ἑπτὰ γὰρ παῖδες τοῦ Χαγάνου ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ βουβῶσι περιληφθέντες ἐτελεύτησαν. Κομεντίολος δὲ μετὰ τῶν θορύβων ἐνδημεῖ τῇ Κωνσταντινουπόλει, οἱ δὲ βάρβαροι τοῖς μακροῖς πλησιάζουσι τείχεσι. καὶ οἱ τοῦ Βυζαντίου ἐπὶ τοσοῦτον ἔδεισαν ὡς καὶ καταλιπεῖν Εὐρώπην καὶ πρὸς τὴν Ἀσίαν περαιωθῆναι διεμελέτησαν. πρεσβεύεται δ' οὖν ὅμως ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν Χαγάνον δι' Ἁρμάτωνος, καὶ δώροις λαμπροῖς καὶ προσθήκαις χρυσοῦ χιλιάδων εἴκοσι πείθει μόλις τὴν εἰρήνην δέξασθαι, λέγοντα "κρίναι ὁ θεὸς ἀνὰ μέσον Χαγάνου καὶ Μαυρικίου καὶ ἀνὰ μέσον Ῥωμαίων καὶ Ἀβάρων." περὶ τῶν φανέντων ἀνθρωπομόρφων τεράτων ἐν τοῖς Νειλῴοις ὕδασι, καὶ περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως δόξαι διάφοροι. ὁ δὲ συγγραφεὺς Ἀγαθαρχίδου τοῦ Κνιδίου τῇ δόξῃ προστίθεται· φησὶ δὲ οὗτος ἀν' ἔτος ἕκαστον ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν μεγάλους καὶ συνεχεῖς γίνεσθαι ὄμβρους ἀπὸ θερινῶν τροπῶν μέχρι τῆς ἰσημερίας τῆς ἐν τῷ μετοπώρῳ γινομένης καθ' ἕκαστα· εὐλόγως οὖν τὸν Νεῖλον ἐν μὲν τῷ χειμῶνι συστέλλεσθαι, κατὰ φύσιν ἔχοντα ῥύσιν ἀπὸ μόνων τῶν ἑαυτοῦ πηγῶν, κατὰ δὲ τὸ θέρος διὰ τοὺς

elapso Comentiolo: quem ad Driziperam urbem delatum cives ut transfugam repellunt: quare inde ad muros longos, quos vocant, ille se recepit. barbari porro pone insequentes Driziperam capiunt, et Alexandri martyris templo incenso corpus capsa extrahentes contumeliis afficiunt. verum divina mox ultio martyris est violatores consecuta. septem enim Chagani filii una die, inguinum morbo correpti, perierunt. Comentiolus in his turbis Constantinopoli haeret, barbaris interim ad muros longos propius accedentibus. unde tantus Constantinopolitanos terror invasit, ut de Europa deserenda et in Asiam transmittendo deliberarint. legationem itaque extemplo imperator per Armatonam ad Chaganum mittendam censuit, splendidisque muneribus et viginti millium auri pondo accessione pacem aegre redemit: dicente illo: "iudicet deus Chaganum inter et Mauricium: Romanos item inter ac barbaros." de monstris humana forma in Nilo flumine visis: deque Nili incremento atque eluvione variae discrepantesque sententiae. hic vero scriptor Agatharcidi Gnidio assentitur. quotannis enim ille ait in Aethiopiae locis magnos continentesque coeli imbres decidere ab aestivo solstitio ad usque autumni aequinoctium. Non sine causa itaque angustius hieme Nilum fluere, quod suas duntaxat e fontibus suapte natura natas vehat undas; at aestate, decur-

ἐκεῖθεν ἐκχεομένους εἰς αὐτὸν ὄμβρους λαμβάνειν τὴν αὔξησιν. ταῦτα μὲν καὶ ὁ ἕβδομος.

8. Ὁ δὲ ὄγδοος λόγος διαλαμβάνει ὅπως ὁ Χοσρόης διὰ τὰς ἐπιδρομὰς τῶν Σαρακηνῶν τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις ταττομένων λῦσαι τὰς σπονδὰς ἐνεχείρησε, Γεωργίου δὲ πρὸς αὐτὸν σταλέντος αἱ σπονδαὶ μεμενήκασι· καὶ Γεώργιος ἀτιμάζεται ὡς εἰπόντος Χοσρόου διὰ Γεώργιον ἀλύτους τηρεῖν τὰς σπονδάς, ἀλλ' οὐ διὰ τὸν βασιλέα Μαυρίκιον. ὅπως τε Κομεντίολος προδοσίας κρίνεται, καὶ διαλλαγαὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων πρὸς αὐτόν, καὶ ὅπως αὖθις ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος στρατηγὸς στέλλεται. μάχη Ῥωμαίων καὶ Ἀβάρων στρατηγοῦντος Πρίσκου καὶ Κομεντιόλου, καὶ Κομεντιόλου μὲν ἀπομάχου διά τινας προσποιήσεις ὄντος Πρίσκου δὲ τῷ στρατοπέδῳ παρόντος ἀριστεία Ῥωμαίων καὶ ἀναίρεσις τῶν Ἀβάρων μέχρι τεσσάρων χιλιάδων. δευτέρα μάχη, καὶ ἀναίρεσις τῶν αὐτῶν ἄχρι χιλιάδων θ'. τρίτη μάχη, καὶ ἔτι τῶν αὐτῶν ὄλεθρος μέχρι πεντεκαίδεκα χιλιάδων. τετάρτη μάχη, καὶ νίκη πάλιν Ῥωμαίων λαμπρά, καὶ ἀναίρεσις Ἀβάρων ἅμα Γηπαίδων χιλιάδων λ'. πέμπτη μάχη, καὶ νίκη Ῥωμαίων, καὶ ἀναίρεσις Ἀβάρων, καὶ ἅλωσις τῶν μὲν ζωγρηθέντων Ἀβάρων τρισχιλίων, ἄλλων δὲ βαρβάρων τετρακισχιλίων, καὶ ἑτέρων δισχιλίων καὶ διακοσίων, καὶ Σκλαβήνων χιλιάδων ὀκτώ· ἐξ ὧν ὁ Χαγάνος ἀπατήσας τὸν αὐτοκράτορα τοὺς ζωγρη-

rentibus in Nilum ex Aethiopia imbribus, crescere nimium quantum atque augeri.

8. Octavus haec fere complectitur. Chosroen ob illorum Saracenorum, qui Romanis parebant, incursiones rumpere inducias conatum: Georgii tamen legatione persuasum foedus sartum tectum servasse: Georgium vero Caesaris indignationem incurrisse, quod Chosroes dixisset se Georgil potissimum gratia, non imperatoris Mauricii causa, ratam pacem fecisse, ut Comentiolus proditionis reus actus, mox Romanorum sibi militum animos duci licuit, atque eam ob rem dux iterum exercitus ab imperatore creatus sit. Romanorum pugna commemoratur et Abarorum Prisco et Comentiolo ducibus: Comentiolo tamen nescio quid causante et a pugna abstinente, Prisco vero copias ducente. militum Romanorum fortitudo et Abarorum caedes quatuor millium. praelium item alterum, eorundemque Abarorum millium novem strages. tertia pugna cum quindecim millium clade Abarorum. quartum rursum praelium illustrem Romanis victoriam concessit, caesis ad internecionem Abarorum et Gepaedum triginta millibus. quinta in pugna penes Romanos victoria quoque stetit: caesi captique Abari, ac vivi quidem in potestatem venere ad tria millia, caeterorum barbarorum quatuor, aliorum ad haec duo millia et ducenti, et Sclavorum octo millia. postea tamen Chaganus decepto Mauricio imperatore vivos Abaros recepit. de Comentioli

θέντας Ἀβάρους ἀνέλαβε. περὶ τῆς Κομεντιόλου μελαγχολίας, καὶ ὅπως τῇ τούτου ἀβουλίᾳ πλῆθος Ῥωμαίων, πρὸς Φιλίππου πόλιν ἀπαίροντος, τῷ κρύει διώλοντο. ὡς Πέτρος αὖθις στρατηγὸς τῆς Εὐρώπης ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος προχειρίζεται. περί τε τοῦ γάμου [τοῦ παιδὸς] Θεοδοσίου τοῦ παιδὸς Μαυρικίου ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Γερμανοῦ. καὶ περὶ τῆς σιτοδείας τῆς γενομένης τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, καὶ τῆς συμβάσης ἀταξίας τῶν δήμων λιτανεύοντος τοῦ βασιλέως, καὶ περὶ τῆς μακροθυμίας αὐτοῦ, καὶ ἐξορίας τῶν στρατιωτῶν καὶ μονοημέρου ἐπανόδου. ὅπως Μαυρίκιος ἐπέστελλε Πέτρον παντὶ τρόπῳ τὰς Θρακῴας δυνάμεις εἰς τὸ ἀντιπέρας τοῦ Ἴστρου διατρίβειν, ὅπως τε θεία προσέπεσεν ὀμφὴ τῷ Πέτρῳ. καὶ ὅπως στάσις ταῖς Ῥωμαϊκαῖς εἰσήρρησε δυνάμεσι, καὶ τυραννὶς συνέστη κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος, Φωκᾶ τοῦ τυράννου ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀναρρηθέντος. ὅπως τε φεύγει Πέτρος, καὶ ὅπως ἡ στάσις διαγγέλλεται τῷ βασιλεῖ. καὶ ὅπως τὰ πρῶτα διὰ τῶν δημάρχων Σεργίου καὶ Κοσμᾶ πολυπραγμονεῖ τὸ πλῆθος τῶν δήμων, καὶ εὑρίσκεται Πρασίνων μὲν ᾳφ', Βενέτων δὲ ϡ, καὶ ὅπως τοῖς δημοτικοῖς φιλοτιμίας παρέσχετο. πρεσβεία τε τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς τὰς στασιαζούσας δυνάμεις, καὶ ἀποστροφὴ τῆς πρεσβείας· ὅπως τε περιφρουρεῖ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων. πρεσβεία τε τῶν στρατευμάτων πρὸς Θεοδόσιον τὸν Μαυρικίου υἱόν, ἀξιοῦσα ἢ αὐτὸν ἢ τὸν πενθερὸν Γερμανὸν βασιλέα σφῶν ἀναρρηθῆναι. γνῶσίς τε τούτων εἰς Μαυρίκιον ἀφιγμένη, καὶ ὑπόνοια εἰς Γερμανὸν ὡς αἴτιον τῆς τυ-

praefracto moerore, utque eius temeritate Romanorum copiae, quas ad Philippopolim proficisci iubebat, frigore sint extinctae. quomodo Petrus iterum belli dux totius Europae ab imperatore creatus sit. de nuptiis Theodosii filii Mauricii et filiae Germani. urbem regiam fame ea tempestate laborasse, precesque in ecclesia fundente Mauricio, plebem esse tumultuatam; de eius mansuetudine ac lenitate militumque ablegatione, utque eodem sint die revocati. Petrum ab Augusto missum, ut omni ope atque opere Thracicas copias ad oppositam Istri ripam distineret; deque divinitus Petrum appellante voce. tumultuantem rursum in castris Romanorum, et contra Mauricium factio instituta, electo ab incondita multitudine Phoca. Petrus fuga interim salutem quaerit, et seditionis ad imperatorem rumor defertur. plebs autem a Sergio atque Cosma tribunis plebis primum incitata, novis studere rebus incipit, repertique Prasinorum cIↄ. Iↄ. Venetorum vero trecenti duntaxat. hinc plebeiis donativa Mauricius praebuit. sequitur ad tumultuantes milites eiusdem legatio et legationis repulsa, utque regiam urbem praesidio munierit. exercitus ad Theodosium Mauricii filium legatio, ipsum aut socerum illius Germanum dari sibi imperatorem postulans. eius rei nuntius ad Mauricii aures accidit, indeque suspectio in Germanum, ut

ραννίδος, καὶ ἀπειλή, καὶ μήνυσις τῆς βασιλικῆς ἀπειλῆς διὰ τοῦ γαμβροῦ Θεοδοσίου, καὶ καταφυγὴ Γερμανοῦ πρὸς τὸν νεὼν τῆς θεομήτορος. τῶν Κύρου καὶ Στεφάνου τοῦ εὐνούχου, ὃς ἐπίτροπος ἐτέτακτο τοῖς βασιλέως παισί, πρὸς Γερμανὸν ἀποστολὴ εἰς τὸ ἐξελθεῖν αὐτὸν τοῦ ναοῦ καὶ ἀπραξία· καὶ ἡ διὰ ῥάβδων μαστίγωσις Θεοδοσίου τοῦ παιδὸς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν πενθερὸν καταμηνύσεως. καὶ μεταφοίτησις Γερμανοῦ ἀπὸ τοῦ νεὼ τῆς θεομήτορος ἐπὶ τὴν ἁγίαν Σοφίαν, καὶ πάλιν πρόσκλησις ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν, καὶ ἀπείθεια, Ἀνδρέα τινὸς συνεχῶς φοιτῶντος ταῖς λιτανείαις τὴν ἔξοδον κεκωλυκότος. θόρυβοί τε καὶ ἐμπρησμὸς τῆς κατὰ τὴν πόλιν οἰκίας Κωνσταντίνου τοῦ πατρικίου, ὃν Λαρδῦν ἐπεκάλει τὰ πλήθη· καὶ ἀπορία Μαυρικίου καὶ ἀπόδρασις. ὅπως κλύδωνος γεγονότος ἐγκοπὴν πρὸς τὴν ἀπόδρασιν λαμβάνει. καὶ ἀποστολὴ Θεοδοσίου τοῦ παιδὸς πρὸς Χοσρόην, καὶ ὑποστροφὴ πάλιν ἀπὸ Νικαίας τῇ ἐπιδείξει τοῦ δακτυλίου, ὃ ἦν εἰς σύνθημα τῷ παιδὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ποιηθέν. ὅπως τε πρὸς τὸν τύραννον οἱ τοῦ ἄστεος, ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ Ἐδομίτης, προσεχώρησαν. ὅπως τε Γερμανὸς κατασκευάζων ἑαυτῷ τὴν βασιλείαν ἀποτυγχάνει, τῶν Πρασίνων ἀπειπόντων τὴν ἀνάρρησιν διὰ τὸ τῆς αἱρέσεως αὐτὸν εἶναι, ὡς ἐκεῖνοι ἔφασκον, τῶν Βενέτων. εἶτα ἀναγόρευσις ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ τοῦ Φωκᾶ· Κυριακὸς δὲ τηνικαῦτα τοὺς τῆς βασιλίδος ἀρχιερατικοὺς ἐγκεχείριστο νόμους. εἴσοδός τε Φωκᾶ πρὸς τὰ βασίλεια, καὶ ἀνάρρησις Λεοντίας τῆς γυναι-

tyrannidis auctorem. minae minarumque Augusti in Germanum per Theodosium generum delatio: et Germani in deiparae templum, ut in asylum fuga. hinc Syros, et Stephanus eunuchus, qui Caesaris liberis morum praefectus fuerat, ad Germanum missi, ut templo digrederetur, sed irrita legatio fuit. fustibus caesus Theodosius apparente Mauricio, quod socero suas minas indicasset. Germani a templo b. Virginis ad sanctae Sophiae transitus, et iterata, ut inde digrediatur, hortatio: sed qua nihil persuadetur, Andrea quodam egressum dissuadente, dum precandi gratia templum frequentat. turbae iterum incendiumque urbanae domus Constantini patricii, quem Lardyn vulgo cognominabant. Mauricii aestuatio ac fuga, utque exorta maris tempestas fugam ipsi intercideri. Theodosii filii ad Chosroem missio reductioque Nicaea ex indicio annuli, quem filio parens Mauricius signi tesseraeque loco tradiderat. urbanorum ad tyrannum, in quibus et Edomites erat, concursus. imperium Germanus affectans voto excidit, Prasinis se eum creaturos imperatorem negantibus: quod, ut ipsi affirmabant, factionis esset Venetorum. ergo Phocas deinde in templo b. Ioannis, quod est in Septimo, imperator renuntiatur, Cyriaco regiae urbis patriarcha. Phocae in regiam ingressus et Leontiae eius uxoris, ut Augustae consalu-

κὸς Φωκᾶ. καὶ περὶ τὴν τῶν τόπων στάσιν τῶν δημάρχων ἔρις, καὶ ὠθισμὸς Κοσμᾶ τοῦ δημάρχου τῶν Βενέτων ὑπὸ Ἀλεξάνδρου καὶ ὕβρις εἰς Ἀλέξανδρον. καὶ μνήμη Μαυρικίου, ὡς οὐκ ἀπέθανε, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ τυράννου πρὸς τὸν φόνον τοῦ βασιλέως μᾶλλον ὁρμή. ἀναίρεσίς τε τῶν τοῦ βασιλέως παίδων ἐνώπιον τοῦ πατρὸς ἐν τοῖς Εὐτροπίου, καὶ φιλοσοφία καὶ εὐχαριστία τοῦ βασιλέως, καὶ αὐτοῦ ἐκείνου διὰ Λιλίου ἀναίρεσις. καὶ περὶ τῆς ἐπὶ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως εὑρεθείσης διαθήκης Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος. ὅπως τε τὰ σώματα τῶν βασιλέων τῷ θαλαττίῳ ῥοθίῳ παρεδόθησαν. ἐπιτάφιός τε εἰς Μαυρίκιον· καὶ ὅπως τὰς ἀντιδόσεις τῶν παρανομηθέντων αὐταῖς εἰς Μαυρίκιον αἱ Ῥωμαϊκαὶ δυνάμεις κρίσει προνοίας θείας ἐλάμβανον, ὡς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ μηδένα τῶν κοινωνησάντων τῆς τυραννίδος ἐκ τοσούτου πλήθους ὑπολειφθῆναι, ἀλλ' οἱ μὲν λοιμῷ οἱ δὲ πυρὶ οὐρανίῳ οἱ δὲ καὶ στόματι διεφθάρησαν μαχαίρας, ὥστε ἡνίκα Ἡράκλειος ὁ βασιλεὺς πρὸς Ῥαζάτην τὸν Πέρσην πολεμεῖν ἔγνω, ἔκταξιν τῆς στρατείας ποιησάμενος δύο μόνους εὗρεν ὑπολελειμμένους τῆς φιλοτυράννου πληθύος. καὶ τότε ἤρξατο τὸ Ῥωμαϊκὸν κατὰ Περσῶν ἐνισχύειν· μέχρι γὰρ ἂν ἐκεῖνοι περιῆσαν, ἡ νίκη τοῖς Πέρσαις ἐνηυλίζετο. ἀναίρεσις ὑπὸ τοῦ τυράννου δι' Ἀλεξάνδρου Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως τοῦ αὐτοκράτορος παιδός, καὶ Πέτρου καὶ Κομεντιόλου καὶ Κωνσταντίνου τοῦ Λαρδῦ· πλάνη τε περὶ Θεοδοσίου, ὡς οὐ πεφόνευται.

tatio. tribunorum plebis ingens tum de locorum statione contentio atque altercatio. Cosmae partis Venetae tribuni plebis ab Alexandro propulsatio et iniecta mentio, nondum obiisse Mauricium. quo factum ut impetu quodam ad imperatoris caedem tyrannus se proripuerit. hinc caedes liberorum Augusti in parentis oculis ad Eutropii. animi sapientia Caesaris, actis Deo gratiis, utque a Lilio percussus obierit. legitur et testamentum Mauricii, Heraclio imperante inventum. quomodo regia corpora marinis commissa fluctibus, et funebris in Mauricium laudatio: utque divinae iudicio providentiae Romani milites eorum, quae in Mauricium flagitiose patrarunt, poenas dederint, quod post non diu caedis tyrannidisque sociorum nemo in tanta multitudine superfuerit: peste enim alii, alii coelesti igne, ferro caeteri ad unum omnes perierunt: atque adeo Heraclius post paulo rerum potitus, cum Razate Persa bellum gesturus, delectu habito, vix duos ex illis partium studiosis relictos reperit. ac tum demum Romani Persis superiores esse coeperunt, qui dum illi nefarii superstites essent, a Persis victi semper discesserant. caedes a tyranno per Alexandrum intentata Theodosio Augusti filio: Petro item et Comentiolo atque Constantino, Lardy cognomento. falsus etiam rumor de Theodosio exortus est, quasi is tum non fuisset in-

καὶ ὅπως κατὰ Ἀλεξάνδρειαν τὰ ἀγάλματα τῆς οἰκείας ἕδρας ἀποφοιτῶντα προηγόρευον τὰ γεγονότα καλλιγράφῳ τινί, κατὰ τὸ Τυχαῖον οὕτω καλούμενον, ἀπὸ δείπνου πρὸς τὰ οἴκοι διερχομένῳ. ὅπως τε ὁ Μαυρίκιος λέγεται τρίτην μοῖραν τῶν φόρων συγχωρῆσαι τοῖς ὑπηκόοις, καὶ τριάκοντα δοῦναι τάλαντα τοῖς Βυζαντίοις εἰς νεουργίαν τοῦ τῶν ὑδάτων ὁλκοῦ· καὶ ὅπως ἐφιλοτιμεῖτο λαμπρῶς τοὺς τῶν μαθημάτων ἐραστάς. καὶ περὶ τῶν γεγονότων παραδόξων τῆς τῶν αἱμάτων ῥύσεως Εὐφημίας τῆς μάρτυρος, καὶ ὡς Μαυρίκιος πειράσας μᾶλλον τὸ θαῦμα δι' ἀπιστίας ἐπίστωσε. καὶ ὅπως ὁ τύραννος Κωνσταντῖναν τὴν τοῦ βασιλέως Μαυρικίου γυναῖκα ἅμα ταῖς θυγατράσιν ἐν ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ ἐνέκλεισε. πρεσβεία τοῦ τυράννου πρὸς Χοσρόην τὸν Περσῶν βασιλέα, καὶ ἀποτυχία, κατάλυσίς τε τῶν σπονδῶν προφασιζομένου Χοσρόου τὴν ὁσίαν διεκδικεῖν Μαυρικίου· καὶ οὕτως ὁ Λίλιος (οὗτος γὰρ ὁ πρεσβεύων ἦν) ἀνεχώρησεν ἄπρακτος. ἀναίρεσις Ἀλεξάνδρου τοῦ συννεωτερίσαντος τῷ Φωκᾷ, δι' ὑπόνοιαν ὅτι Θεοδόσιον τὸν Μαυρικίου παῖδα, ὃν ἀνεῖλε, περιεποιήσατο. ἐν οἷς καὶ τῆς ὅλης ἱστορίας τὸ πέρας.

terfectus. quomodo Alexandriae statuae suis sedibus sponte motae, quae Byzantii accidissent, nuntiarint calligrapho cuidam (sic forte appellato) a coena domum reverteuti. ut Mauricius tertiam vectigalium portionem subditis remisisse feratur: triginta quoque Byzantiis donasse talenta reficiendis aquae ductibus. quo honore praemioque disciplinarum studiosos publice affecerit. quae in fluxu sanguinis Euphemiae martyris admiranda acciderint: utque Mauricius rei periculo facto, quod initio non credidisset, miraculum magis confirmarit. uti Phocas tyrannus Constantinam, Mauricii Augusti coniugem, cum filiabus privatae domui incluserit. Phocae ad Chosroen Persarum regem missa legatio: sed irrita. ruptae enim indutiae sunt, Chosroe praetexente, quod Mauricium iuste vindicaret. sic Lilius, qui legatus erat, re infecta domum retro revertit. caedes Alexandri rerum novarum Phocae socii eo nomine suspecti, quasi Theodosium, Mauricii filium quem occidit, servasset. atque hic universae finis historiae.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ P 1 V 133

ΔΙΑΛΟΓΟΣ.

PONTANI ARGUMENTUM.

Hoc non mediocriter festivo et erudito sane dialogo Simocatta noster in Phocam ut importunissimum tyrannum invehitur; quo imperante (imperavit autem annis octo) res Mauricii nemo ausus est litterarum memoriae commendare, ac proinde eius imperatoris historia ignota posteris ac velut mortua iacuit. iacuerunt item bonae disciplinae, quae sub Heraclio demum, Phocae successore, iterum se palamque ostenderunt. mirifice laudatur Sergius patriarcha illius temporis, studiis liberalibus ipsique historico amicissimus; cuius auctoritate ac voluntate permotus ad hanc historiam conscribendam videtur accessisse. fingit, ut mos est dialogorum, Historiam ipsam res gestas Mauricii enarraturam cum Philosophia sub platano considere. plerumque enim in dialogis colloquentes aut disputantes sessum se recipere, et suas partes sedendo, idque in locis amoenioribus nonnunquam, agere introducuntur, ut imprimis apud Platonem et eius imitatorem studiosissimum M. Tullium videre est.

ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ. Τί τοῦτο, θύγατερ; ἄγε δή μοι τὸ διαπόρημα τοῦτο γλιχομένῃ μαθεῖν διάλυσαι, οἷα μίτῳ τινὶ τῇ σαφηνείᾳ οὐ μυθικὸν περαιουμένῃ λαβύρινθον· δυσέμβατα γάρ μοι καὶ δυσάγωγα τὰ τῆς θεωρίας προαύλια. ἹΣΤΟΡΙΑ. ὦ φιλοσοφία πάντων βασίλεια, εἴγε συμπρέπει ἐμοῦ τε πυθέσθαι, αὐτὴν δὲ διδάσκεσθαι, ἀποκρινοῦμαι ὡς ἔχω συνέσεως. μηδὲν γὰρ ἄγνωστον ἔχοιμι καλόν, ὡς ἔμοιγε καὶ τῷ Κυρηναίῳ δοκεῖ.

PHILOSOPHIA. Quid hoc, filia? age, mihi discere cupienti hanc dubitationem exime, tanquam filo quodam dilucida explanatione per labyrinthum non fabulosum me dirigens. sunt enim huius spectaculi vestibula ac prooemia mihi pene inaccessa, parumque me pelliciunt. HISTORIA. Hem philosophia, omnium artium regina, si modo et me interrogari et te doceri decet, pro intelligentia respondebo: nihil quippe incognitum ducendum est pulcrum, mea quidem et Cyrenaei sententia.

ΦΙΛ. ἡδέως ἐροίμην ἐγὼ ὅπῃ τε καὶ ὅπως χθὲς καὶ τρίτην ἀνεβίως, ὦ θύγατερ. ἐπέχει δὲ τοῦ λόγου πάλιν ἡμᾶς, καὶ οἷα χαλινῷ τινὶ πρὸς σιωπὴν ἀνακρούεται, τὸ τῆς ἀπιστίας ἐπαγω- B γότατον, μή πού γε φαντασία τις τερατισμάτων ἡμᾶς φενακίζηται. πολλοῦ γὰρ τοῦ χρόνου ἐτεθνήκεις, ὦ παῖ, ἐξ ὅτου εἰσέρρησε τῇ βασιλίδι αὐλῇ ὁ Καλυδώνιος τύραννος, σιδήρῳ περίφρακτος, μιξοβάρβαρος ἄνθρωπος, τὸ κυκλώπειον γένος, ὁ τῆς σώφρονος ἁλουργίδος ἀσελγέστατος Κένταυρος, ᾧ βασιλεία οἰνοφλυγίας ἀγώνισμα. τὸ γὰρ ἕτερον σιωπήσομαι αἰδοῖ τῆς ἐμῆς εὐκοσμίας τῆς τε τῶν ἀκουόντων σεμνότητος. κἀγὼ δὴ τότε τῆς βασιλέως στοᾶς ἐξωστρακίσθην, ὦ θύγατερ, καὶ τῆς Ἀττικῆς ἐπιβαίνειν οὐκ ἦν, ὁπότε τὸν ἐμὸν βασιλέα Σωκράτην ὁ Θρᾴξ P 2 ἐκεῖνος διώλεσεν Ἄνυτος. χρόνῳ δ' ὕστερον Ἡρακλεῖδαι διέσωσαν, καὶ τὴν πολιτείαν ἀπέδοσαν, τό τε ἄγος τῶν ἀνακτόρων ἀπεδιοπομπήσαντο. ναὶ δῆτα καὶ πρὸς τὰ βασιλέων τεμένη εἰσῴκισαν, καὶ περιλαλῶ τὰ βασίλεια, καὶ ταῦτα δὴ τὰ ἀρχαῖα καὶ Ἀττικὰ μουσουργῶ κελαδήματα. ἐμοὶ μὲν δὴ ταῦτα οὕτως ἔχει καλῶς· σοὶ δ', ὦ θύγατερ, τίς καὶ ὅπως σωτήριος γέγονεν; ΙΣΤ. μῶν οὐκ οἶσθα, βασίλεια, τὸν μέγαν τῆς ἁπανταχόθεν οἰκουμένης ἀρχιερέα καὶ πρόεδρον; ΦΙΛ. πάνυ μὲν οὖν, ὦ θύγατερ. φίλος ἐμὸς οὗτος παλαιότατος καὶ θησαυρὸς οἰκειότατος. ΙΣΤ. ἔχεις οὐκοῦν, ὦ βασίλεια, τὸ ζητούμενον αὐτο- B σχέδιον ἕρμαιον. ἐκεῖνος ἀνεψύχωσεν, ὥσπερ ἐκ τάφου τινὸς

8. βασιλείας P.

PHIL. Libenter interrogarem ego, ubi et quomodo nuperrime revixeris, filia. sed reprimit me et quasi quodam freno ad silentium inhibet ac retroagit, quae me totum occupavit incredulitas, ne forte prodigiosa species aliqua nobis illudat. iam pridem enim mortua es, filia, ex quo videlicet in aulam imperatoriam irruit tyrannus Calydonius, ferro communitus, homo semibarbarus, de Cyclopum genere, in modesta purpura Centaurus petulantissimus, qui de regno ebrietatis certat: aliud enim foedius tacebo, tum modestiae meae tum gravitatis audientium rationem habens. ego quoque tunc e porticu imperatoria in exilium missa sum, filia, et in Atticam ingredi non licuit, quando regem meum Socratem Thracius ille Anytus perdidit. tempore intercedente Heraclidae me servarunt, ditionemque mihi meam restituerunt, et palatii scelus procul removerunt. sane tandem et in templa imperatorum me receperunt, et vocibus meis regia personat, eademque, vetera nimirum et Attica, modulor cantica. meae igitur res sic bene habent. tibi primo, gnata, quis et quomodo salutem attulit? HIST. An tu, regina, non nosti totius orbis praesulem et antistitem? PHIL. Equidem novi: est enim amicus meus pervetus et thesaurus familiarissimus. HIST. Habes igitur, regina, ad id quod quaesivisti responsum ex tempore. rem exoptabilem

τῆς ἀλογίας ἀναλαβόμενος, οἷάπερ Ἄλκηστίν τινα ἀλεξικάκου τινὸς Ἡρακλέους ἀναστησάμενος ῥώμῃ. εἰσεποιήσατο δὲ μεγαλοφρόνως, περιέβαλέ τε ἐσθῆτα φαιδράν, καὶ χρυσέῳ κατεκόσμησεν ὅρμῳ. τὸν δὲ κρωβύλον τουτονί, τέττιξ δ' ὁ ἄρα αὐτῷ χρύσεός ἐστιν ἐφεζόμενος, ὁ θεσπέσιος οὑτοσὶ κατηγλάϊσε, τῷ τε παρόντι συλλογισμῷ ἐλάμπρυνε. βῆμά τε προτέθεικεν εὐμενῶς ἱδρυμένον καὶ παρρησίαν ἀκίνδυνον. ΦΙΛ. ἄγαμαι, θύγατερ, V 134 τῆς μεγαλονοίας τὸν ἱεροφάντην ἐγώ, ὁπόσης κατορθωμάτων ἀναβάσεως ἐπιβέβηκε, τὴν ὑψηλὴν τῆς θεολογίας ἀκρώρειαν περικαθήμενος ἐπί τε τὸν κολοφῶνα τῶν ἀρετῶν τὴν ἀποικίαν C ποιούμενος, καὶ τῶν ὑπὸ σελήνην πλεονεκτημάτων ἀντέχεται, καὶ βίος αὐτῷ οἱ πανάριστοι λόγοι· οὐκ ἐθέλει γὰρ οὔτε τὸν περίγειον κόσμον μένειν ἀκόσμητον. οὕτως ὀναίμην τῶν ἐμῶν ἐραστῶν. ἣ σώματος ἐκτὸς φιλοσοφεῖ ἐπὶ γῆς, ἡ θεωρία σωματωθεῖσα μετὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἄνθρωπος ἀναστρέφεται. ΙΣΤ. κάλλιστά γε, βασίλεια, τῶν ἐγκωμίων τὸν στέφανον ἔπλεξας. ἀλλ' εἴ σοι δοκεῖ, περὶ ταυτηνὶ τὴν πλάτανον καθίσωμεν μικρόν· ἀμφιλαφὲς γὰρ τὸ δένδρον, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον. ΦΙΛ. πρόαγε δῆτα, ὦ παῖ, καὶ βαλβῖδά τινα τῆς διηγήσεως τοῖς φιλακροάμοσιν ὥσπερ ἐντίθει D προοίμιον. ἐγὼ δέ σοι ἐπιστήσω τὸν νοῦν οἷά τις Ἰθακήσιος, μὴ διαβύσασα τὰ ὦτα, καὶ Σειρηναίων ἀφηγημάτων ἀκούσομαι. ΙΣΤ. τοιγαροῦν πειθαρχήσω, βασίλεια, τήν τε τῆς ἱστορίας

ille in vitam reduxit, meque tanquam e sepulcro aliquo taciturnitatis recuperavit, et ut Alcestin aliquam viribus alicuius Herculis malorum depulsoris resuscitavit. adoptavit autem me excelso animo, splendida veste operuit, et monili decoravit aureo; et hunc crobylum, sive plexum capillorum in vertice, cicada ex auro insidente, divinus hic vir exornavit, et qua vides ratione illustravit, stabilemque mihi sedem benevole proposuit, et libertatem omni periculo vacantem concessit. PHIL. Miror antistitis ingentem animum, quo tam alte in recte factis ascendit, et in summo fastigio divinae scientiae sese collocavit, et usque ad apicem virtutum progressus est, omnesque sub sole praerogativas consectatur; cui vita est omnimodis optimae et cultissimae artes. nec enim vel terrenum ornatum inornatum manere vult. ita fruar meis amatoribus. quae corpus non habet, in terris philosophatur, et commentatio corporata cum hominibus ut homo versatur. HIST. Pulcerrime tu encomiorum coronam contexuisti. sed si placet, ad platanum istam paulum consideamus: est enim excelsa et ad locum opacandum patulis diffusa ramis bellissime. PHIL. I prae igitur, filia, et prooemium ceu carceres quosdam narrationi ad audiendum iucundae praetexe. ego tibi animum adhibebo, non (velut Ithacensis Ulysses) obturatis auribus, Sirenicasque narrationes auscultabo. HIST. Obtemperabo, regina, historiaeque lyram pulsabo.

λύραν τινάξομαι. ἔσο δέ μοι πλῆκτρον αὐτὴ μουσικώτατον· ὠκεανὸς γάρ ἐπιστήμης ἔφυς καὶ λόγων τις, ἐν σοί τε πᾶσα χάρις, ὥστε νῆσος, τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται.

esto tu mihi plectrum maxime musicum: es enim scientiae et eloquentiae Oceanus. in te omnis gratia, velut in insula, quam immensus, ut est apud poetam, pontus circumdat.

P 3
V 135

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Δεῖ μὴ μόνον τοῖς ἐκ φύσεως ἀγαθοῖς ἀλλὰ καὶ οἰκείοις εὑρήμασι κατακοσμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. ἔνεστι γὰρ λόγος αὐτῷ, χρῆμά τι θεῖον καὶ ἀξιάγαστον. τούτῳ καὶ θεὸν αἰδεῖσθαι καὶ σέβειν μεμάθηκε, καὶ τὰ τῆς οἰκείας ἐνοπτρίζεσθαι φύσεως καὶ τῆς ἑαυτοῦ διαπλάσεως τὴν σύνταξιν οὐκ ἠγνόησε. τοιγάρτοι λόγῳ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς συννεύουσιν ἄνθρωποι, καὶ ἐκ τῆς ἔξω περιωπῆς ἐπ' αὐτὸν τὸν νοῦν εἰσκυκλήσαντες τά τε περὶ τῆς σφῶν αὐτῶν δημιουργίας ἀνελίττουσιν ὄργια. πολλὰ μὲν οὖν οὗτος ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις δεδώρηται, καὶ συνέριθός ἐστι τῆς φύσεως ἄριστος. ἃ γὰρ ἐκείνη διέλειπε, λόγος τετελεσιούργηκε
B βέλτιστα, ἃ μὲν εἰς θέαν ἐγκαλλωπίσας, ἃ δ' ἐς γεῦσιν ἡδύνας, ἔνια πρὸς ἁφὴν τονώσας ἢ μαλακίσας, ἄλλα πρὸς ἀκοὴν μουσουργήσας, τῇ τῆς ἀπηχήσεως ἴυγγι κατακηλῶν τὴν ψυχὴν καὶ πρὸς τὰ ἀκούσματα μεθελκόμενος. ἢ οὐχὶ καὶ τεχνῶν οὗτος σοφιστὴς πιθανώτατος; ἐξ ἐρίου μὲν εὐήτριον ἱστουργήσας χιτῶ-

Non ex bonis tantummodo natura insitis, verum etiam ex inventis ab se excogitatisque rebus cohonestari et exornari hominem consentaneum est. possidet namque rationem, divinum quiddam et admirabile, cuius beneficio deum venerari, ei vota et preces adhibere, conditionem suam perinde ut in speculo intueri, quemadmodumque fictus atque coagmentatus fuerit, probe didicit. proinde ratione et intelligentia in semet conversi mortales, et ab exteriorum circumspectu in ipsam mentem ceu gyro quodam delati, fabricationis suae mysterium evolvunt. haec igitur, ratio, inquam, multa nobis ornamenta comparavit, naturae ipsius operum ac laborum socia et adiutrix praeclarissima. etenim quae illa intermittit et in quibus deficit, haec quam rectissime perficit et absolvit, alia quidem ad aspectum venusta reddens, alia ad gustatum condiens, quaedam ad tactum solidans aut emolliens, nonnulla ad auditionem musicis numeris distinguens, sonorumque illecebris pectora demulcens, et ad commodandas aures alliciens. quid? an non haec artium quoque vulgarium et in medio positarum repertrix est probatissima? e lana nimirum elegantem

νιον, ἐκ δὲ ξύλων γεωργοῖς μὲν τεκταινόμενος ἐχέτλην, πλωτῆρσι δὲ κώπην, τῷ τε στρατιώτῃ πέλτην καὶ γέῤῥον κινδύνων πολεμικῶν ἀμυντήρια. ἀξιολογώτατόν τε πάντων, τὸ τῆς ἱστορίας διέθετο πολυπειρότατον ἀκοῇ μὲν ἥδυσμα, τῇ δὲ ψυχῇ παιδευτήριον· οὐδὲν γὰρ ταῖς φιλοπευθέσι ψυχαῖς ἔνεστιν ἱστορίας C ἐπαγωγότερον. ἱκανὸν δὲ τῷ τεκμηριῶσαι Ὁμηρικῆς τι δέλτου διήγημα. ἐπὶ τὴν Ἀλκινόου τοῦ βασιλέως αὐλὴν ὁ τοῦ Λαέρτου παῖς ἔναγχος ἐκ τοῦ θαλαττίου κλύδωνος ἐπὶ τὴν ἤπειρον ἐκβρασθεὶς ἐξενίζετο, καὶ πολλὴ ἀμφὶ τὸν Ὀδυσσέα φιλοφροσύνη περιεκέχυτο. πρόχειρον γὰρ ἦν γυμνῷ καὶ τετρυχωμένῳ τὸ σῶμα συμφορᾷ ναυαγίας ἐσθῆτα λαμπρὰν ἐμπορπήσασθαι. ἐπῆν δ' αὐτῷ καὶ κοινὸν τῆς βασιλέως τραπέζης ἀξίωμα. καὶ σὺν τῷ ἐπήλυδι παρείχετο καὶ γλώττης ἐλευθερία καὶ διηγημάτων ἐκθέσεως ἄδεια. τοὺς δὲ Φαίακας οὕτω τὰ τῆς ἱστορίας ἐνηύφρανεν ὡς χαίρειν εἰπόντας τῷ πότῳ θέατρον εἶναι δοκεῖν τὸ συμ- D πόσιον, καὶ διανιστᾶν τὰ ὦτα, καὶ κεχηνέναι θεωμένους τὸν ἄνδρα, καὶ τῷ μήκει μηδαμῶς τῆς διηγήσεως ἀποκναίεσθαι. καίτοι τὰ πολλὰ τῶν ἀφηγημάτων κατηφεῖς εἶχε τὰς ὄψεις· μεγί- P 4 στων γὰρ κινδύνων ἐμπειρία περιέῤῥει τῇ συνουσίᾳ. λίχνον γὰρ ἀκοὴ καὶ ἀκόρεστον, ἑστιωμένη λόγον παράδοξον. ἔνθεν ἄρα καὶ τοὺς ποιητὰς ἐπὶ παιδείᾳ πρώτους ἐνευδοκιμήσαντας ἔστι θεάσασθαι· παραλαβόντες γὰρ οὗτοι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυ-

contexit tunicam; e ligno agricolae stivam, nautae remum, militi peltam et scutum fabrefacit. veruntamen nihil praestabilius ex omnibus quam multifariam historiarum cognitionem instruit, quae et auribus oblectamentum et animis quaedam discendi officina est, quando non aliud quidquam mentibus cognoscendi amore flagrantibus aeque blanditur; id quod narratio quaedam Homerici poematis ad fidem faciendam satis apposite cuipiam probaverit. in regiam Alcinoi regis Ulysses paulo ante vastis fluctibus in littus proiectus hospitio suscipitur, mirificaque comitate et benevolentia tractatur. illico enim nudum eius corpus et ex naufragio sale tabentes artus veste splendida cooperiuntur; regia mensa dignatur; et libertas loquendi, quaeque vellet commemorandi potestas homini ignoto ac peregrino conceditur. Phaeacas porro tanta iucunditate ipsa casuum expositio perfundit, sic eos detinet, ut poculorum immemores convivium in theatrum mutavisse videantur, auresque arrigant, et ab ore viri illius contemplabundi pendeant, nec ex narratione tametsi longa taedium ullum sentiant, quamquam tristia multa referat, periculorumque gravissimorum, quae subierit, commemoratione coetum illum convivantium velut inundet. aures namque, cum sermone quopiam de rebus novis et admirandis tamquam epulis accipiuntur, liguritorem imitantes avidae insatiabilesque reperiuntur. quam ob causam etiam poetas eruditione principes celebre ad posteros nomen consecutos videre licet. qui hominum ingeniis sciendi

χὰς φιλοΐστορας καὶ πρὸς μάθησιν ὀργώσας ἀεὶ καὶ ξένων διψώ-
σας διηγημάτων, τεχνουργοῦσιν αὐταῖς μυθολόγημα, καὶ περι-
βάλλουσι φράσιν τῷ πλάσματι, ῥυθμῷ δὲ τὸ ψεῦδος στιμμί-
ζουσι, καὶ μέτροις οἷα κεστοῖς θελκτηρίοις τισὶ τὸ τεράτευμα
B καλλωπίζουσι. καὶ τοσαύτην εἶχεν ἡ ψυχαγωγία τὴν δύναμιν
ὡς καὶ θεολόγων εἶναι νομίζεσθαι, καὶ παρ᾽ ἐκείνους φοιτᾶν τοὺς
θεούς, καὶ ταῖς ἐκείνων γλώτταις παραγυμνοῦν τοῖς ἀνθρώποις
τὰ οἴκοι, καὶ εἴ τί ποτε τῷ σφῶν αὐτῶν βίῳ συνέτυχεν ἀνδρα-
γάθημα ἢ δυστύχημα. οὐκοῦν ἐρήσειέ τις κοινὴν ἁπάντων ἀν-
V 136 θρώπων τὴν ἱστορίαν διδάσκαλον, εἰσηγουμένην οἷς τε ἐγχειρη-
τέον καὶ ἃ παροπτέον ὡς μὴ συνοίσοντα. ἐμφρονεστάτους τε
τοὺς στρατηγοὺς δι᾽ ἐκείνης ἔστιν ἰδεῖν· τάττειν γὰρ δυνάμεις
ἐπίσταται, ὅπως τε λόχοις σοφίζεσθαι δεῖ τὸ πολέμιον. καὶ ταῖς
C μὲν τῶν ἄλλων συμφοραῖς προμηθεστέρους σφᾶς αὐτοὺς ἀπεργά-
ζεται, τοῖς προσφαλεῖσιν ἑτέροις ἐκείνους ἰθύνουσα· ταῖς δ᾽ αὖ
πάλιν εὐπραγίαις εὐδαιμονεστέρους ἀπέδειξε, μικραῖς ἀφορμαῖς
μεγάλας ἀρετῶν κορυφὰς ἐπαυξάνουσα. καὶ τῷ μὲν πρεσβύτῃ
χειραγωγός τίς ἐστι καὶ βακτηρία, τῷ δὲ νέῳ παιδαγωγὸς κάλλι-
στος καὶ συνετώτατος, τῇ πολυπειρίᾳ πολιοῦσά πως τὸν νεώτε-
ρον, καὶ προφθάνουσα τοῦ χρόνου τὰ κατ᾽ ὀλίγον μαθήματα.
πρὸς ἣν ἐπιδραμοῦμαι καὐτός, εἰ καὶ μεῖζον ἢ κατ᾽ ἐμὲ τὸ ἐγχεί-

cupidis et ad discendum mire semper inclinantibus novarumque narrationum sitientibus sese accommodantes, artificio quodam fabulas ipsis seu figmenta procudunt, quae scita et ornata elocutione convestiunt, numeros quasi quaedam pigmenta et fucum illinunt, et portenta sua carminibus ut cestis seu cingulis quibusdam ad delectationem appositis decenter circumdant. tantumque voluptas ea valuit, ut etiam Theologi haberentur, et dii immortales ad eos ventitare eorumque linguis domestica sua, et si quid aliquando faustum infaustumve sibi contigisset, hominibus pandere crederentur. quod cum ita sit, historiam communem generis humani magistram atque doctricem iure dixerim, praeeuntem nobis ac praemonstrantem quae capessere et quae ut inania nihilque profutura aspernari debeamus; a qua condocefactos duces militares prudentissimos evasisse in confesso est: novit enim ordines disponere, et qua via hostem callide circumvenias. iisdem per eventa aliena procurationem et cautionem maiorem inserit, perque aliorum frustrationes et offensiones tutiore itinere illos ducit. similiter secundis aliorum successibus beatiores efficit, dum eos occasionibus non magnis ad magnarum virtutum fastigia provehit. ac senibus quidem manuductrix et baculus, adolescentibus paedagoga et institutrix optima ac sapientissima est, peritia multa quandam iis canitiem concilians, et quae procedens tempus paulatim eos doceret, ea ipsa docendo antevertens. cui ego quoque studium et operam meam dicabo, quanquam maius onus capessere me intelligo quam istis humeris sustinere possim, quandoquidem nulla mihi suppeditat ver-

ϱημα διὰ τὸ τῆς λέξεως ἀγεννές, τῶν τε νοημάτων τὸ ἀδρανέστατον, τῆς τε τοῦ λόγου συνθήκης τὸ ἀκαλλές, τό τε τῆς οἰ- D κονομίας ἀτεχνότατον. εἰ δέ που εὔχαρί τι τῶν ἐκτεθησομένων φανείη, τύχῃ τινὶ προσαπτέσθω· μὴ γὰρ ἐπιστήμῃ τὸ αἴτιον.

borum dignitas, nulla sententiarum gravitas, nec orationem belle ac festive contexere scio, et eius oeconomiae artificiique sum rudissimus. quodsi quid eorum quae referemus, cum lepore et venustate expositum videbitur, id a fortuna quadam, non a scientia mea profectum existimetur.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΛΟΓΟΣ Α'.

THEOPHYLACTI
HISTORIARUM
LIBER I.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) *Tiberii Augusti sub excessum praeclara oratio. Mauricius successor palam declaratur.* (2) *Vox divinitus ad Tiberium delata. eius e vita abitio. populi luctus et lacrimae. funus et sepultura.* (3) *Inter Abares et Romanos ictum foedus ignominiosum. Chaganus elephantum spectandum, lectum aureum et praeter pactam in foedere pecuniam viginti millia ab imperatore poscit. foedus rumpit.* (4) *Urbs Singidon a Chagano capitur, Augusta et Viminacium expugnantur, Anchialus devastatur, vici propinqui hostiliter diripiuntur. Romanorum ad Chaganum legatio.* (5) *Liberior et minacior Comentioli apud Chaganum eiusque optimates oratio, cum praedicatione Romanorum eximia.* (6) *Chaganus excandescit: Comentiolum punit atrocius. alia ad Abares legatio. viginti aureorum millia ad priora octoginta spondentur.* (7) *Sclavorum ad longum murum hostilis progressio; et in iis caedendis fugandisque Comentioli ducis memoranda virtus.* (8) *Foedus a Chagano iterum pessundatur: caussa Bocolabras quidam magus, Scytha genere. Targitius Chagani legatus in insulam relegatur. urbes Romanorum subiguntur.* (9) *Transitus ad res Persicas. Romanorum cum Persis ad Nymphium flumen adverso Marte congressus.* (10) *Mauricii et Constantinae Augustorum nuptiae magnificentissimae. civitatis publica laetitia gratulatioque.* (11) *Incendium in foro sub initia imperii Mauricii. miraculum de concha Glyceriae martyris. Paulinus praestigiator in crucem agitur: filio caput amputatur.* (12) *Aphumi castellum a Persis, Acbas a Romanis oppugnatur, et a Persis supervenientibus liberatur. ingens terrae motus imperio Mauricii adhuc recenti, eiusdemque consulatus et*

in populum liberalitas. Ioannis ducis exauctoratio. (13) *Philippicus imperatoris sororius praetor Orientis decernitur. eius expeditiones. e Perside redeuntes Romani via aberrant et extrema siti cruciantur. captivos utriusque sexus interficiunt. pueri servati moriuntur siti.* (14) *Philippicus Arzanenam regionem suis diripiendam permittit. ab imitatione Scipionis Romani commendatur. aegrotat. Cardariganus Monocartum frustra invadit, latrociniis et incendiis grassatur. Philippicus Byzantium redit; inde rursum veris initio discedit.* (15) *Persarum ad Romanos de bello finiendo legati. Mebodi legati oratio. locus communis contra bellum. Romanorum recusatio et ad confligendum cum Persis promptissima voluntas.*

---

1. Ὅτι τὸν αὐτοκράτορα Τιβέριον τῆς ἐντεῦθεν ἔδει λοιπὸν P 8
μεταβήσεσθαι λήξεως καὶ τῷ κοινῷ ὑπείκειν νόμῳ τῆς φύσεως, V 139 A. C. 582.
ἐπιθεμένης τῇ νόσῳ μελαίνης χολῆς, ὡς σύνηθες παισὶν ἀποκα-
λεῖν ἰατρῶν, ἀνερρήθη Μαυρίκιος, καὶ βασιλέως ἀξίᾳ μεγαλαυ-
χεῖται, καὶ νεάζων τῇ ἁλουργίδι τῆς μεγάλης τῶν αὐτοκρατόρων
δυνάμεως μετελάγχανε. φοράδην γὰρ ἀχθεὶς ὁ βασιλεὺς Τιβέ-
ριος ἐπὶ τὴν ὕπαιθρον τῶν βασιλείων αὐλήν, ἥτις παρήνωται τῇ
πολυστιβάδι τῶν ἀνακτόρων οἰκίᾳ προαυλίῳ περιφανεῖ καὶ περι-
δόξῳ τῷ προσκηνίῳ, τὸν τῆς ἱεραρχικῆς προεστῶτα καθέδρας B
συγκαλεσάμενος (Ἰωάννης δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τοὺς τῆς ἐκκλη-
σίας διίθυνεν οἴακας) τόν τε τῶν ἱερῶν ἀξιωμάτων συναθροισά-
μενος ξύλλογον, τούς τε δορυφόρους καὶ φύλακας, καὶ πάντας
τοὺς ἐς βασιλέως τιμὴν συντεταγμένους, ναὶ μὴν καὶ τοὺς ἐπι-
σημοτέρους τοῦ δήμου, αὐτὸς μὲν οὐδέπω τοῖς ἐντυχοῦσι διείλε-
κται, βασιλέως δὲ γλῶτταν τὸν Ἰωάννην ἐδείκνυεν, ἄνδρα ῥή-
τορά τε δεινὸν καὶ νόμων Ῥωμαϊκῶν ἐπιστήμονα, ὃς τὰ βασιλέως

1. Cum iam Tiberio Augusto, atra bile, quam medici vocare consueverunt, morbum aggravante, ex huius vitae diversorio demigrandum esset et dies commune illud naturae debitum persolvendi adesset, Mauricius successor ante nominatus ad imperatorios honores magnifice extollitur, purpuraque insignis supremam Augustorum potestatem sortitur. Tiberius namque in atrium palatii, iuxta domum, in qua multi ex herbis seu frondibus ad coenandum dormiendumve tori sive lectisternia, vestibulum illustre visendumque proscenium, huc, inquam, gestatus, accersito Ioanne, qui ea tempestate cathedram hierarchicam obtinens ecclesiae gubernacula moderabatur, virorum praeterea ecclesiasticas dignitates gerentium coacto collegio, praesentibus item praetorianis militibus et custodibus corporis et aulicis demum universis, nec non civibus primariis, ipse quidem per se ad conventum non dixit: verum eas partes Ioanni quaestori (ut Latina lingua appellatur) mandavit, homini eloquenti, Romanarumque legum et consuetudinum haud ignaro; qui decreta et san-

προστάγματα τῷ διατόνῳ τῆς εὐγλωττίας ἐμεγαληγόρει βασιλικῆς μεγαλοφροσύνης ἐπάξια. τοῦτον ἐπιχωρίῳ Ῥωμαῖοι φωνῇ ἀπο- C καλοῦσι κουαίστορα. παρῆν γοῦν ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τοῦ βασιλέως, ἅμα τῇ παιδὶ Κωνσταντίνῃ, ἣν τῷ Μαυρικίῳ τύχης ἅμα καὶ βίου κοινωνὸν ἐποιήσατο, καὶ πρό γε τῆς ἀναρρήσεως τῷ ξυλλόγῳ τάδε παρέθετο.

"Τὸ πολυθρύλλητον τοῖς ἔθνεσιν ὄνομα καὶ ἐπίτιμον, τὸ ἐπὶ στομάτων πολλῶν ἐπ' εὐφημίᾳ δι' εὔκλειαν περικείμενον, μεγάλαι καὶ τελευταῖαι νῦν αἱ τῶν φροντίδων ὠδῖνες ἡμῖν περιίστανται, αἱ μὲν τὰ τῇδε διαθεῖναι καλῶς ἀναγκάζουσαι, αἱ δὲ τῇ διαζεύξει τῆς μεταστάσεως ἐκταράττουσαι καὶ τὴν ἐνθένδε D τοῖς λόγοις τῆς βιοτῆς παραθέσθαι τῷ δημιουργῷ κατεπείγουσαι. καὶ περιδεής μοι τήμερον ἡ πάλαι παρρησία καὶ ἄδεια· οἷς γὰρ ἀφθονία τῆς ἐξουσίας, τούτοις εἰκὸς καὶ τὰ σφάλματα παρέπε- P 9 σθαι πλείονα. ἀλλ' ὅμως αἱ περὶ τῆς βασιλείας ἡμῖν ὀξύτεραι καὶ προκύπτουσαι, οὐχ ὅτῳ ταύτην οὕτω ταχὺ κατατίθεσθαι, ἀλλ' ὅτῳ ταύτην ἔνεστι καλῶς διατίθεσθαι, ἐπεὶ μηδὲ κατενεγγυώμην ταύτην ἐγὼ ἐπί τε τρυφῇ τῆς ἐξουσίας καὶ κολακείᾳ τοῦ σώματος. ὁρῶ δὲ καὶ τὴν φύσιν μετὰ τῆς τύχης ἡμᾶς κατατρύχουσαν. βασιλεία γὰρ καὶ παῖδες καὶ γύναιον κατὰ ταυτὸν ἐπι-

11. an τῶν ἐνθένδε τοὺς λόγους?

cita ab imperatore potenti facundia sua honorifice, et ut imperiali altitudine animi dignum erat, pro concione promulgare atque exponere consueverat. ad imperatorem igitur novum sibi surrogandum praesens Augustus, una cum filia Constantina, quam Mauricio vitae fortunarumque comitem ac sociam individuam tradiderat, ante publicam renuntiationem ad astantium multitudinem hunc in modum disseruit.

Viri Romani, nomen per omnes gentes vulgatissimum honoratissimumque, et propter claritudinem atque gloriam plurimorum linguis decantatum, scitote me nunc magnis et postremis sollicitudinibus cruciari; quarum aliae me stimulant ut a quibus discedendum est, ea recte atque ordine constituta relinquam, aliae ipso transitu ex hac luce, quo a vobis divellar, animum percellunt, quandoquidem quae omnium annorum meorum decursu a me patrata sunt, eorum ratio universorum effectori omnino mihi reddenda erit. et illa quondam libertas ac securitas mea in pavorem non mediocrem vertit. qui enim amplioribus sunt potestatibus praediti, eos plura etiam vitia et peccata plerumque comitantur. caeterum curae super imperio praeponderant, urgentque vehementius, non in cuius cervices illud reclinare festinem, sed cuinam id bene feliciterque committam, quoniam nec mihi idcirco desponsum ac traditum fuit, ut in eo deliciis vacarem et blandimenta corporis consectarer. neque vero quorum fortuna dominatur, ea tantum, sed natura quoque perquam sollicitum me habet. simul imperium, liberi, uxor premunt. res

τίθενται, ἡ μὲν ἡγεμόνα ζητοῦσα σοφόν, ἡ δὲ κηδεμόνα χηρείας ἐπιεικέστατόν τε καὶ εὐσεβέστατον, αἱ δὲ τοῦ χειραγωγοῦντος διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον τό τε τῆς θηλείας φύσεως ἀσθενέστερον. περιφρονῶ δὲ πολλάκις ὑπὸ τῆς νόσου τὴν φύσιν, καὶ τὸν B ἐκείνης δραπετεύω δεσμόν, καὶ παίδων ὑπερορῶ, καὶ περιῶπταί μοι γύναιον, ἤδη τεθνάναι δοκῶν καὶ τῆς προμηθείας ἐλευθερίαν λαχεῖν. ἀλλ' εὐθὺς ἡ περὶ τῶν σκήπτρων ἀπαραίτητος φροντὶς εἰσεπήδησεν· οὐ τὸ μόνον γὰρ διατηρῆσαι κράτος ἐμπιστευθὲν ἐστιν ἀγών, ἀλλὰ καὶ τὸ δεόντως ἑτέροις παραπέμψαι τὸν κλῆρον. δεῖ γὰρ τῶν προτέρων ἡγεμόνων εἶναι τοὺς δευτέρους ἀμείνους, ἵνα τοῖς προσφαλεῖσιν ἐκεῖνοι τὴν παρ' αὐτῶν διόρθωσιν V 140 εἰσαγάγωσιν, ἢ διολισθαίνειν ἅπαν συλλήβδην εἰπεῖν τὸ ὑπήκοον, ἀδρανεστέρᾳ κρηπῖδι τὴν βασιλείαν στηρίξαντι. τούτων κατεσθιόντων τῶν λογισμῶν τὴν διάνοιαν, ἡ τεχνῖτις ἡμῖν πρόνοια C συλλαμβάνει τῶν πόνων, καὶ μίαν μεθ' ἡμῶν βουλὴν προηνέγκατο, καὶ δείκνυσι τὸν βασιλεύσοντα ἐπιβάτην τε τῆς ἐξουσίας ἐσόμενον, Μαυρίκιον τουτονί, ἄνδρα λυσιτελέστατον τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, πολλοὺς καὶ μεγάλους πόνους ἐγκαταθέμενον, ὥσπερ ἀρραβῶνάς τινας προκαταβαλόμενον τῆς ἐσομένης ἀμφὶ τὸ ὑπήκοον προνοίας αὐτοῦ. τοῦτον αὐτοκράτορα τήμερόν ὄψεσθε.

2. quidni τὸν χειραγωγοῦντα? 11. προσφαλοῦσιν P.

Romana rectorem sapientia valentem, coniux curatorem viduitatis suae aequissimum iuxta ac religiosissimum, filiae, qui eas ob immaturam aetatem et muliebris animi imbecillitatem quasi manuducat et regat, desiderant. quanquam ego naturae faces morbo acrius saeviente saepenumero despicio, illiusque vincula abrumpo, et simul liberos posthabeo, simul uxorem negligo, dum me iam hinc excedere et ab huiuscemodi procuratione liberari puto. at enim mox sceptri sollicitudo inexorabilis in me insilit, quando non solum creditum sibi imperium tueri atque conservare, verum id ipsum nihilominus ut hereditatem quandam, et ita ut honestum est, ad alios transmittere difficultatem habet maximam, cum principes successores praestare decessoribus suis oporteat, quo illorum virtute sapientiaque horum lapsus et delicta corrigantur: alioqui, ut summatim dicam, universa imperii moles, tanquam infirmo nitens fundamento, labatur et corruat necesse est. cum hisce curis exederemur, inspectrix omnium rerum providentia molestiam nostram allevavit, consiliumque nobiscum quoddam reperit, et qui secundum nos imperii fastigium conscensuras esset ostendit, Mauricium hunc scilicet, quem coram videtis, hominem rei Romanae opportunissimum, cuius causa nec paucos et praedicandos labores exhausit, futuraeque erga cives sollicitudinis ac provisionis suae quasi quoddam pignus iam deposuit. hunc hodierno die imperatorem aspicietis. tanta porro cum spe et fiducia hanc provinciam omnium gravissimam illi committo ac trado, idque bona cum animi valetudine, ut eidem una cum principatu filiam quoque meam uxorem com-

οὕτω δὲ πέποιθα ἐπὶ τήνδε τὴν μεγίστην ἐγχείρησιν (καὶ τὰ τῆς διανοίας οὐ σκάζει κινήματα) ὡς καὶ τὸ θυγάτριον ἅμα τῇ βασιλείᾳ τούτῳ πεπίστευκα. τηλικούτῳ φύσεως ἐνεχύρῳ θαρρύ-
D νων ὑμᾶς, ταύτην ἐφόδιον τὴν ψυχαγωγίαν ἐπὶ τὴν μακρὰν ἐκείνην ἐκδημίαν ἀποίσομαι. καὶ ὑμεῖς δέ μοι μάρτυρες τῆσδε τῆς καλλίστης συντάξεως ἀξιόχρεῳ, ἐξ ὧν ἐπειράθητε ἡμῶν τε ἡνιοχούντων τὴν ἡγεμονίαν καὶ τοῦδε παριππεύοντος λίαν ἡμῖν ἐμφρονέστατα. σὺ δέ μοι, Μαυρίκιε, κάλλιστον ἡμῖν ἐπιτάφιον τὴν σὴν βασιλείαν πεποίησο. κόσμει τὸν ἐμὸν τάφον ταῖς σαῖς ἀρεταῖς, μήτε τὰς τῶν πεπιστευκότων καταισχύνων ἐλπίδας,
P 10 μήτε τὰς σὰς ἀγνωμονῶν ἀρετὰς τήν τε τῆς ψυχῆς δραπετεύων εὐγένειαν. χαλίνου λόγῳ τὴν ἐξουσίαν, φιλοσοφίᾳ τὸ κράτος οἰάκιζε· βασιλεία γὰρ ὑψηλόν τι χρῆμα καὶ μετέωρον, ἐς μέγα τὸν ἐπιβάτην ἀπαιωροῦσα, τοῖς τε λογισμοῖς ἐκφρυάττουσα. δόκει μὴ πάντων ὑπερέχειν τῷ φρονιμώτατος εἶναι, εἰ καὶ τὰ τῆς τύχης ὑψηλά σοι παρὰ πάντας. θήρα παρὰ τῶν ὑπηκόων ἀντὶ μὲν φόβου τὴν εὔνοιαν, ἀντὶ δὲ κολακείας τίμα τὸν ἔλεγχον οἷα διδάσκαλον ἄριστον· ἀνουθέτητον γὰρ ἐξουσία, καὶ παιδείας οὐκ ἀνεχόμενον. ἔστω πρὸ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν σύνεδρος ἡ δίκη,
B πρυτανεύουσα τῶν βεβιωμένων ἀντίδοσιν. νόμιζε τὴν πορφύραν, τῷ φιλόσοφος εἶναι, εὐτελές τι ῥάκος ἀμπέχεσθαι, τὸν δὲ

19. οὐκ deest IP.

mittam, hoc tam eximio naturalique pignore meo ad bene de ipso et re publica sperandum velut quoddam signum sustollens. sôlatium istuc pro viatico mecum auferens, longam illam peregrinationem inibo. caeterum huius negotii pulcerrime constituti vos nobis testes eritis idonei ac fide digni, quandoquidem et nos, qui imperium gubernavimus, et hunc, qui se nobis adiutorem prudentissimum semper praebuit, experiundo cognovistis. tu vero, mi Maurici, imperium tuum mihi epitaphium longe elegantissimum fac efficias; sepulcrum meum virtutibus tuis condecora, nec eorum spes, qui se totos fidei auctoritatique tuae permiserunt, pudefaciens, nec temet ipsum ignorans, et a praestantia ac nobilitate animi tui degenerans. rationis freno in potestatis magnitudine superbiam cohibe, et ex philosophiae praeceptionibus principatus tui navim dirige. sublime nimirum et excelsum quiddam est imperium, sibique insidentem altius effert, adversus rationem ferociens et insolescens. cave existimes te prudentia anteire omnibus, licet opibus vincas omnes. conare a civibus et subditis tuis diligi potius quam timeri, reprehensionemque ut magistram optimam blanditiis, et assentationibus antepone: potestas enim admoneri se et condocefieri aegre patitur. iustitia perpetuo ante oculos versetur tibique assideat, quae actionibus vitae nostrae condignam mercedem dispensat. quia sapientiae studiosus es, purpura perinde ac nullius pretii panno quopiam te circumdatum, coronamque gemmis illumina-

στέφανον μηδέν τι διοίσειν τῶν ἐπὶ τοῖς αἰγιαλοῖς τῆς θαλάττης ψηφίδων. στυγνὸν τὸ τῆς ἁλουργίδος ἄνθος, καί μοι δοκεῖ τοῖς βασιλεῦσι παρεγγυᾶν μετριοπαθεῖν ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, καὶ μὴ περιγάννυσθαι καὶ φρυάττεσθαι τῇ πενθίμῳ ταύτῃ τῆς μοναρχίας στολῇ· οὐ γὰρ ἐξουσίαν ἀκολασίας ἀλλὰ δουλείαν ἔνδοξον τὸ σκῆπτρον τῆς βασιλείας φιλοσοφεῖν ἐπαγγέλλεται. ἡγείσθω τῆς ὀργῆς τὸ φιλάνθρωπον, τῆς δὲ σωφροσύνης ὁ φόβος. ἐξέταξε γὰρ καὶ ταῖς μελίτταις ἡγεμόνας ἡ φύσις, ὠχύρωσε δὲ καὶ κέντρον τὸν βασιλέα τὴν μέλιτταν, ὥσπερ τι κράτος αὐτόματον ἐγ- C κεντρίζουσά πως αὐτῷ, ἵνα καὶ πλήττειν ἔχῃ τὸν μὴ δικαίως πειθόμενον. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐκεῖνο τὸ κέντρον τυραννικόν, δημωφελὲς δὲ μᾶλλον καὶ δίκαιον. οὐκοῦν ἐκείνης ἐσόμεθα μιμηταί, εἰ μήγε λόγος δύνηται χαρίζεσθαι καὶ τὰ μείζονα. ταῦτα μὲν ὁ προβολεὺς ἐγώ· ἕξεις δὲ τῆς γνώμης ὥσπερ δικαστὴν τὴν ἐξουσίαν ἀδέκαστον, ἢ τιμῶσαν τὰς ἀρετὰς ἢ τὴν κακίαν φαυλίζουσαν."

Ὅτε τοίνυν τὰ τῆς διαλέξεως ἐπερατοῦτο τῷ αὐτοκράτορι, πολὺ τοῖς θεαταῖς τὸ δάκρυον ἐπεκύμαινε, τῶν μὲν ἀνιωμένων ἐπὶ τῷ πάθει, παρ' οἷς καὶ τὰ τῆς εὐνοίας ἦν λιπαρώτερα, ἄλ- D λων δὲ κατακηλουμένων ἐπὶ τῷ οἴκτῳ διὰ τῆς συμπαθείας· φιλεῖ γὰρ ἡ συμφορὰ καὶ τῷ θεατῇ μεταδιδόναι τοῦ πάθους. τὴν στεφάνην δὲ ὁ βασιλεὺς ἀράμενος, τήν τε πορφυρᾶν διπλοΐδα, ἀμ-

7. ἐνέταξε malim, et 8. κέντρῳ.

θρώποις. εἰ δὲ μή, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσητε, καὶ πολλῶν τροπαίων ὑπόθεσιν ἀνατρέψητε, καὶ μεγίστης δόξης ἀκρώρειαν καταβάλητε, μοναρχίαν τε δυσκαταγώνιστον διαρρήξητε, κἀντεῦθεν τῆς εὐδαιμονίας στερηθήσεσθε Πέρσαι, τῆς ἐξουσίας ἀναιρεθείσης ὑμῖν, τῶν περὶ τῆς βασιλείας νόμων ἀθετηθέντων διὰ τὸ τύραννον. ἀταξίας γὰρ στάσις πέφυκε πρόοδος, τὸ δ' D ἄτακτον ἄναρχον, ἀναρχία δὲ λύσεως ἀφορμή, ἐκ τυραννίδος λαχοῦσα τὴν γένεσιν. αὕτη τὴν πολυαρχίαν ὠδίνουσα τὰ προϋπηργμένα καλῶς κακῶς διατίθησι, καὶ τῷ ἀνωμάλῳ τοῦ κράτους τῷ τε ἀσυμφώνῳ τῆς στάσεως τὸ ἑνιαῖον καὶ σύντονον τῆς ἀρχῆς διαλύσασα πάντα πάσχειν ἢ δρᾶν τοὺς φιλοτυράννους ἠνάγκασε. βασιλείας γὰρ σκάφος πολλοῖς τοῖς πηδαλίοις οἰακιζόμενον μικρά τις σπιλάδος ἐπιδρομὴ κατεβάπτισε, περισχιζομένης τῆς κυβερνήσεως πρὸς τὰς τῶν πολλῶν ἀντιθέτους ἐπιβολάς, ἄλλοτε ἄλλου P 96 πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν ἐπειγομένου κυβερνᾶν τὸ ἀκάτιον. οὐκοῦν εἰ μὴ τοὺς τυράννους ἀπολικμήσετε, τὴν βασιλείαν δουλαγωγήσετε καὶ παίγνιον τοῖς ἔθνεσιν ἔσεσθε, τῷ ἀσυμφώνῳ τῆς τοῦ βίου διαγωγῆς κατακληρωσάμενοι τὸ εὐάλωτον. ἔτι Βαρὰμ ἐν ποσίν, ἔτι τοῖς ὅπλοις ἀκκίζεται, ἔτι τῆς ὕβρεως ἔχεται, στρατεύσας κατὰ τῆς Περσίδος τὴν μάχαιραν. τεθνάτω παρανάλωμα θηρίων γενόμενος. μὴ τιμάσθω ὁ τούτου νεκρὸς τῇ ταφῇ, ἵνα μὴ ταῖς λαγόσι τῆς γῆς σηπεδόνα ψυχῆς βδελυρᾶς

9. τῷ deest IP.

velletis, et amplissimae gloriae altissimum fastigium deiicietis, monarchiamque pene invictam dissipabitis. hinc adeo felicitatem vestram amittetis, cum per tyrannum legibus de regno abrogatis potestatem in posterum nullam obtinebitis. seditio enim est ad confusionem et tumultum via. ubi confusio, ibi contumacia et imperii detrectatio. detrectare autem imperium, et nolle agnoscere dominum, rerum labefactationem producit, a tyrannide sumpto principio, quae ipsa multorum dominationem pariens bene habentia corrumpit, et imperii inaequabilitate seditionisque discordia unitatem et continuum perpetuumque tenorem principatus dissolvens tyrannidem arripientes omnia facere aut pati compellit. navim quippe regni multis gubernaculis gubernatam saxum aliquod non magnum e mari prominens occursu suo fractam demergit, divisa gubernatione ac propter multorum oppositos inter se flexus alio aliter, pro suo scopo, in eius rectionem animum intendente. quocirca nisi tyrannos contriveritis, servitute regnum mutabitis et gentibus ludibrio eritis, cum vos propter dissimilia vitae instituta subactu faciles praebebitis. adhuc Varamus ante pedes est; adhuc armis lascivit; adhuc districto in Persidem gladio male facere perseverat. moriatur ac belluis devorandus obiiciatur. ne sepulcro honestetur, ne in viscera terrae detestabilis animae

καταστείρητε. ἀπογυμνούσθω τὴν κεφαλὴν καὶ Χοσρόης τοῦ διαδήματος. οὐκ ἔστι βασιλικὸς τὴν ψυχήν, οὐκ ἀρχικῇ διανοίᾳ B κεκόσμηται, οὐκ ἐξουσιαστικὸν τούτου τὸ φρόνημα. ἀκάθεκτός ἐστι ταῖς ὁρμαῖς, λυσσώδης πέφυκε τὸν θυμόν, ἀφιλάνθρωπον αὐτῷ περικέχυται βλέμμα, οὐκ οἶδε νόμοις προνοίας σεμνύνεσθαι, τὸν τρόπον ἐστὶν ἀγέρωχος, τὴν ὄρεξιν φιλήδονος πέφυκε, πάντα δεύτερα τίθεται τοῦ βουλήματος, οὐ καραδοκεῖ τὸ συνοῖσον, τὴν εὐβουλίαν οὐκ ἐναγκαλίζεται, τὸ φιλότιμον ἀποπέμπεται, τῇ φιλοχρηματίᾳ προσπλέκεται, φίλερις ὢν καὶ φιλοπόλεμος καὶ τῆς εἰρήνης ἀνόρεκτος. χειροτονήσω δὲ τῷ λόγῳ βασιλέα σήμερον ὑμῖν τὸ μειράκιον, ὃς παῖς ἐμὸς πέφυκεν ἀγαθός, ἀδελφὸς Χοσ- C ρόου τὴν φύσιν, ἀλλ' οὐκ ἀδελφὸς τὴν προαίρεσιν. ἢ οὐκ εἰς V 202 μέγα τὰ Περσῶν περιήγαγον τάξεως, τῷ τῆς μεγαλοφροσύνης οἴακι τὸ Βαβυλώνιον διιθύνων πολίτευμα; βάσανος δὲ τῶν λόγων Τοῦρκοι φορολογούμενοι, οἱ Διλιμνῖται καταθέντες κατὰ τῶν ὅπλων τοὺς αὐχένας ἡμῖν, Ῥωμαῖοι πόλεις ἐπιφανεῖς ἀποβαλλόμενοι καὶ τὰς δευτέρας τύχας τῇ ἐκπτώσει τῶν πρώτων δακρύοντες. ταῦτα μὲν ἐγὼ ὁ πάντα δράσας καὶ πεπονθὼς διὰ τὸ τῆς τύχης εὐμετάβολόν τε καὶ ἄστατον. ὑμῖν δὲ ἐν ἐξουσίᾳ τὸ ἔχεσθαι τὴν τοῦ συνοίσοντος ἔφεσιν, ἢ καταμελήσαντας τοῦ καλοῦ τὰς δευτέρας φροντίδας ἀποδοκιμάζειν, καὶ τῷ μεταμέλῳ D

15. μετὰ interpres. 20. καταμελετήσαντας IP.

putidum cadaver condatur, et Chosroae caput ne cingatur diademate. non est in eo regius animus, non ingenium principe dignum, non imperatorii spiritus. cupiditatum est incontinens, ira et rabie furit; truculento est aspectu, ad providentiae praescriptum graviter se gerere nescit, moribus superbus, in voluptates praeceps, voluntatem suam rebus omnibus anteponit; quod profuturum videatur, non expectat; consilia bona non amplectitur, laudis et honoris studium aversatur. avaritiae est implicitus, litigiosus, belli cupidus, pacis inimicus. decernam autem verbo vobis regem hodie adolescentem, eundem filium meum, praestabili probitate praeditum, qui cum sit natura Chosroae frater, non est frater etiam studiis ac voluntate. an vero ego cum magnitudine animi regnum Persicum administrans bello magna non gessi? vera me loqui testes sunt Turcae, qui nunc tributa nobis pendunt. testes Dilimnitae, qui cum armis cervices quoque nobis submiserunt. testes Romani, qui praeclaris urbibus amissis felicem sortem in adversam sibi conversam lamentantur. haec ego sentio, qui propter fortunae mutabilitatem inconstantiamque feci et passus sum omnia. in vestro situm est arbitrio id expetere quod cum rei publicae emolumento coniunctum existimabitis, aut neglecta utilitate secundas curas meas reiicere, et peccati poeniten-

τῶν ἡμαρτημένων πρὸς τὰ ἐν ποσὶν ὅ τι καὶ πράξετε διηπορηκότας ὀδύρεσθαι."

5. Ὅτε τοίνυν ἀπέρρει Ὁρμίσδᾳ τὰ τῆς διαλέξεως νουθετήματα, Βινδόης ὁ Πέρσης βρασματώδη συστησάμενος γέλωτα ἀπεσκοράκιζεν Ὁρμίσδου τοῦ διαλόγου τὴν ἔκθεσιν, ἐς μέσον δὲ ἀνιστάμενος τάδε που τῷ ξυλλόγῳ παρέθετο.

P 97 "Ἄνδρες ὁμόφυλοι καὶ σύμμαχοι καὶ μισοτύραννοι, ἀλλ' εἰ μὴ νομοθετούντων ἔτι τυράννων ἀνέχεσθε. ἀδικεῖ καὶ νῦν ἰδιωτεύων ὁ τύραννος. ἔτι τῶν λόγων τὸ κράτος ἀμπέχεται, καὶ προστάττειν διεγχειρεῖ, καὶ βασιλεύει δημηγορῶν, καὶ θεσμοθετεῖ ἐπὶ βήματος, καὶ κατηγορεῖ στρατηγῶν, ἀποδοκιμάζει τε βασιλείαν, καὶ χειροτονεῖ τὸν μοναρχήσοντα, καὶ πάντα πάρεστιν αὐτῷ ἐν ποσὶν ὁπόσα οὐδὲ τὸ τῶν ἐνυπνίων φιλότιμον δωρεῖσθαι τοῖς ἀπατωμένοις δεδύνηται, μήτε τοσοῦτον ἐννοηθῆναι δυνάμενος, ὡς οὐ πέφυκεν ἐν συμβούλων μοίρᾳ γνωρίζεσθαι τοὺς μὴ τὰ περὶ ἑαυτῶν διαθεμένους ἐπιδεξίως τοῖς πράγμασι. πόθεν
B οὖν ἡμῖν ἐνέχυρον τῆς εἰσηγήσεως καταθήσει λίαν ἑδραῖον καὶ ἀξιόχρεων; ἢ τὴν ἑαυτοῦ τύχην κατεγγυᾶν ἡμῖν ἐσοφίστευσεν, ἐθέλων ἡμᾶς συνδεσμίους θεάσασθαι καὶ τῶν αὐτῶν παθημάτων κοινωνοὺς ἀνευθύνους; οὐ γὰρ τῶν ἐκείνῳ πεπλημμελημένων μετέσχομεν τυραννούμενοι. πῶς δὲ κατὰ τυραννίδος γλῶτταν κεκίνηκεν ὁ μηδένα νόμον Περσῶν καταλιπὼν ἀτυράννητον, ὁ λη-

12. μοναρχήσαντα IP.

tia ductos, quia quid faciendum esset in rebus manifestissimis dubitaveritis, in luctum vos dare."

5. Ubi Hormisdae admonitio finem habuit, Bindoes immodico risu diffluens Hormisdam cum sua concione in malam crucem abire iussit. ipse in medium surgens concilium sic est affatus.

"Viri cives atque socii et tyrannidis osores (si tamen tyrannos etiam nunc vobis leges imponere conantes non toleratis), etiam privatus nobiscum iniuste agit tyrannus iste. adhuc imperiose loquitur, et iubere audet, et concionando regnat, et quasi e tribunali leges praescribit, duces accusat, statum regni improbat, monarcham creat, et omnia ei prompta ac parata sunt quae nec somniator ullus unquam per quietem sibi falso donata videre potuit. nec istuc saltem apud se cogitare potest, non solere pro consiliariis agnosci qui res suas ipsi male procuraverunt. quod igitur suasionis suae pignus adeo firmum et idoneum daturus est? fortunamne suam sponsione obstringere nobis veteratorie meditatus est, volens nos una secum vinculis oneratos eorundemque casuum socios quanquam innocentes aspicere? nec enim cum eius tyrannidi subessemus, paria cum illo delicta conscivimus. quomodo autem adversus tyrannos linguam movere non dubitat, qui nullam Persarum legem tyran-

στρικώτερον ἄρξας, καὶ τὴν ἐξουσίαν κιβδηλεύσας τῇ βίᾳ, ἐπομβρήσας δὲ τοῖς φόνοις παρὰ πάντα τὸν τῆς ἡγεμονίας καιρόν, καὶ μικροῦ δεῖν τὸν Τίγριν ἀποχερσώσας τοῖς σώμασιν, ὁ τοῖς τάφοις εὐθηνίαν πραγματευσάμενος, καὶ τοῖς αἵμασι καταπιαίνων τὴν μάχαιραν, καὶ σπάνιν ἀνθρώπων ἐκπορευόμενος, ἵνα τὴν C *κακίαν ἐξ ὀλιγανδρίας ὠχυρωμένος ἀθάνατα τὰ τῆς τυραννίδος ἀποκληρώσηται. παίδων γνώμης ἐκδιαιτητὴς ὁ μὴ ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσι δεδικακὼς τὰ συμφέροντα. ἄπαγε τῆς ἀτοπίας, Ὁρμίσδα. οὐ σοφιστεύουσι μετὰ καθαίρεσιν τύραννοι· οὐ νομοθετοῦσι γεγονότες ὑπήκοοι· οὐ συμβουλεύουσι κατακριθέντες τὸν θάνατον. ἐπεὶ τοίνυν τῶν ὑπηκόων οὐ πρόσεστί σοι τὸ λοιπὸν τυραννεῖν, ἐπήρειαν κατὰ τῶν παίδων ὁ δείλαιος ἐμμελετήσας ἀδικεῖν τῷ νεωτέρῳ τὸν πρεσβύτερον εἵλου, ἵνα μὴ σχοίη ποτὲ* D *τὰ τῆς σῆς ἀδικίας ἀνάπαυλαν. τὸ Τουρκικὸν ὑποφόρους τελεῖ. ἀλλ' οὐ τῆς σῆς ἀγχινοίας ταῦτα πέφυκε μελετήματα· ταῦτα προνοίας ἔργα καὶ θανατῶντες Πέρσαι ἀρεταί τε στρατηγῶν καλῶς ἐτεκτήναντο. πόλεις καὶ ἄστεα τὸ Ῥωμαϊκὸν ἀπεδύσατο. ἀλλ' οὐ πεισθήσονται Πέρσαι· οὐ γὰρ τὰ πράγματα τοῖς λόγοις συνδιατίθενται. ἢ οὐχὶ θυραυλοῦσιν ἡμῶν τὸν πόλεμον παίζοντες, καὶ φιλεπίδημον φόνον κατασπιλάζοντες περὶ τὴν Περσικὴν ἀναχέονται φάραγγα, καὶ τὸ κωλῦσον οὐκ ἔστι διὰ τὸ σὸν φιλο-* V 203 *πόλεμον; πλήρεις οἱ σοὶ θησαυροὶ τοῦ χρυσοῦ. ἀλλὰ καὶ τῶν*

nidis suae expertem reliquit? qui regnavit ut latro, potestatemque violentia corrupit ac depravavit. qui per omne regni sui spatium caedibus multo creberrimis debacchatus, Tigrin iniectis a se iugulatorum corporibus propemodum innavigabilem effecit. qui sepulcris omnia replere contendit, gladium sanguine pinguefaciens et raritatem hominum importans, ut ex paucitate vivorum quaesito improbitati suae tutamento tyrannidem exercere immortaliter posset. filiorum indolem mentesque diiudicat, qui quid ipse utiliter agere deberet iudicare omisit. apage, Hormisda, cum ista tam insolenti novitate. non philosophantur post abdicationem tyranni; non dant leges ipsi redacti sub leges; non dant consilium damnati capitis. et quia posthac cives iniquo imperio discruciare non potes, adversum filios tuos, miser, contumelias comminisceris. in seniorem per iuniorem iniurius esse voluisti, ne unquam a scelere vacares. Turcas tributa pensitare fateor, verum non hic industriae solertiaeque tuae labor est. haec providentiae opera et Persae ferro corpora sternentes et duces virtute sua moliti sunt. urbes et oppida Romani perdiderunt. atqui ut istud credant Persae, sero adducentur: nec enim cum verbis res ipsa consentit. an non foris in stativis permanent, arma nostra irridentes, atque a stragibus hostium in sua provincia edendis refugientes castra Persica circumfundunt, quique eos propter divinum tuum bellandi studium prohibeat, nemo est? thesauri auro pleni sunt tibi: sed et ple-

ὀδυρμῶν αἱ πόλεις τε καὶ οἱ θάλαμοι ἀγροί τε καὶ αὐλῶνες καὶ
P 98 γήδια. καὶ μιᾶς συμφορᾶς πᾶσα κεκοινώνηκε τύχη, ἵνα δυστυχεστάτης αὐτὸς εὐδαιμονίας ἐμφορηθείης, ὑπὸ τῶν χρημάτων καταρδευόμενος. ἄπιθι λοιπὸν ἐκποδών, τῶν σῶν ἀδικημάτων παρασχόμενος δίκην. ἑνὸς ἀνθρώπου φθορὰ σωφροσύνης ἔστω διδάσκαλος, καὶ τοῦτο νόμος ἔστω λίαν ἐπιεικὴς τοῖς μετὰ ταῦτα καὶ σωτήριος· οὐ γὰρ ἀλαζονείας τρυφήν, ἀλλ' ἀνεπονείδιστον οἰκονομίας ὑπεροχὴν ἡ τῆς βασιλείας ἀναγόρευσις ἐπαγγέλλεται."

B 6. Ὁ μὲν οὖν ξύλλογος κατεκελάδει Ὁρμίσδου, ὑβρίζοντες ἐς αὐτόν, καὶ τῶν λόγων τὴν παρρησίαν ἀπεφαυλίζοντο, ἐτράποντο δ' ἐς τὰ μάλιστα ἐς θυμόν, κυνοφθαλμιζόμενοί τε παρεδριμύττοντο, τοῦ θράσους ἀγάμενοι τὰ φυσήματα. καὶ πολλῇ τῇ ἐκχύσει τοῦ ἐρεθίσματος ἄγουσιν εἰς μέσον τὸν παῖδα Ὁρμίσδου, τὸ μειράκιον ἐκεῖνο τὸ δύστηνον, εἶτα ἀποσφάττουσί τε ὁρῶντος Ὁρμίσδου, πάντα τῇ ὀργῇ χαριζόμενοι. ἀτὰρ μὴ μέχρι τούτου τοῖς κακοῖς ὑπόθεσιν παρεχόμενοι, καὶ τοῦ Ὁρμίσδου τὸ γύναιον ἐς μέσον παραστησάμενοι ἀπὸ τῆς κύστεως τεμαχίζουσι, κακῶς δικαζούσης τῆς μαχαίρας τοῖς μέλεσι. τὸ μὲν
C οὖν γύναιον ἅμα τῷ κατηθλιωμένῳ παιδὶ οὕτω τὸν βίον ἐν ἐπισήμῳ θεάτρῳ καταστρεψάμενον τραγῳδίας ὑπῆρχεν ὑπόθεσις· ἐπεὶ δὲ τῆς δυστυχοῦς ἱστορίας γέγονεν Ὁρμίσδας ἀπαράγραφος μάρτυς, κληροδοτεῖται τὴν τύφλωσιν, καὶ τοῦτό πως ἦν αὐτῷ τῶν συμφορῶν ἐπιμύθιον. περόνας γὰρ σιδηρᾶς ἀνθρακεύσαν-

nae lamentorum urbes, thalami, rura, convalles, agelli. et ut tu pecuniis coacervatis infelicissima felicitate ingurgitarere, fortuna et status omnis unam et communem calamitatem accipere debuit. quamobrem te hinc aufer, tuorumque scelerum poenas persolve. unius hominis interitus caeteros sapere doceat; et hoc in legem posteris aequam valde et salutarem esto, siquidem non delicatam arrogantiam et ostentationem, sed administrationis omni probro vacantis excellentiam regum declaratio pollicetur."

6. Concilium igitur contra Hormisdam tumultuari, voces ignominiosas iacere, eius sermonis libertatem flocci pendere ac pro nihilo ducere. succenduntur ira incredibili, et irreverenter plane virum intuentes exacerbantur, tam inflatos confidentiae spiritus admirantes. deinde filium ipsius adolescentulum illum miserum, certatim capto illudentes, in medium adducunt, et omnimode furori suo gratificantes in conspectu patris morte afficiunt, ultraque saevitia progressi coniugem producunt et ab imo ventre in partes haud aequas dissecant. ita mulier cum miserando filio in celebri theatro vita cum sanguine finita tragoediae argumentum praebuit. Hormisdas postquam calamitosi spectaculi testis omni exceptione maior factus est, utroque lumine orbatus hoc suorum casuum auctarium habuit. nam acus ferreas in mediam prunam coniectas et igni-

τες καὶ μάλα καρτερῶς ταύτας συνουσιάσαντες τῷ πυρὶ ἐπὶ τὰς κόρας τῶν ὀμμάτων ἐπέβαλλον, οὕτω τε τῷ μύδρῳ τὸν Ὁρμίσδαν μετὰ βασάνων τιβίζοντες, νύκτα κατ' αὐτοῦ τὸ λοιπὸν διὰ παντὸς ἐψηφίζοντο, ὑποτοπάσαντες μή πως διαδράσειε καὶ πράγματα παράσχοιτο τῇ Περσῶν πολιτείᾳ, ἔναυλον τὴν μνήμην κατέχοντες τῶν ὑπὸ Καβάδου τελεσιουργηθέντων, ὁπηνίκα τὰ Περσικὰ D σκῆπτρα κατέθετο. ὁ Καβάδης γὰρ οὗτος πατὴρ μὲν ἐγεγόνει Χοσρόου τοῦ πάλαι Περσῶν βασιλεύσαντος, ἐπεὶ δὲ παλαμναῖός τις ἦν τήν τε ἐξουσίαν πρὸς βίαν περιεβάλετο καὶ ἐς τυραννίδα τὰ τῆς βασιλείας μετέβαλε, τῆς ἀρχῆς αὐτὸν παραλύουσι Πέρσαι, ἐν εἱρκτῇ τε ἐναποθέμενοι τοῖς τῆς ταλαιπωρίας τιθηνεῖσθαι κόλποις παρέδοσαν. τούτου τὸ γύναιον τὰς εἰσόδους παρ' αὐτὸν θαμά τε καὶ συχνῶς ἐπεποίητο ὁσημέραι, ἐθεράπευέ τε διακονούμενον, καὶ ταῖς εἰσηγήσεσιν ἐψυχαγώγει ἐμφρόνως φέρειν τῆς ἀπαισίου τύχης τὰ δράματα. ὁ μὲν οὖν ἐφεστηκὼς P 99 τοῦ φρουρίου, ὃς ταγματάρχης τε ἦν καὶ στίφους στρατιωτικοῦ ἐπιστασίαν ἐκέκτητο, τοῦ γυναίου καταπίπτει ἐς ἔρωτα. ὁ οὖν Καβάδης τοῦτο ἀκηκοὼς παρενεγγύα τῇ γυναικὶ ἐς ταὐτὸν εὐνῆς τῷ φρουράρχῃ γενέσθαι καὶ φέρειν τῆς τύχης ἅπασαν σπιλάδα προσπίπτουσαν. οὗ δὴ γεγονότος ἔκλυτος ἦν ἡ φρουρά, τό τε σύντονον τῆς διαφυλακῆς ἐκεχαύνωτο, καὶ δουλαγωγεῖται τῇ ῥαθυμίᾳ τὸ ἄγρυπνον. ἐντεῦθεν ὁ Καβάδης μεταβολὴν τῶν ἐνοχλούντων ἐμπορευσάμενος, καὶ τὴν ἐσθῆτα τοῦ γυναίου ἀμφιασάμενος, τῆς εἱρκτῆς ἐξεχώρησε, καταλείψας τὸ γύναιον τὴν στολὴν αὐτοῦ ἀμπεχόμενον. Σεώσην τοίνυν δοκιμώτατον φίλον B

tas pupillis cum cruciamento intruserunt, nocteque perpetua illum damnaverunt. timebant enim ne forte aufugiens Persarum rei publicae negotium facesseret, cum adhuc alta mente repostum maneret, quid Cabades sceptrum Persicum deponere coactus perpetrasset. Cabades namque hic Chosroae olim Persarum regis pater fuit. quoniam autem homo sanguinarius erat et potestatem vi occuparat tyrannicisque moribus regnum deformabat, principatu deiectum Persae custodia claudunt et aerumnae alumnum donant. ad quem uxor saepius quotidie ventitans officiose marito inserviebat, et ad tristis fortunae ludum sapienter perferendum admonitionibus suis permovebat. hinc castelli idemque turmae militaris praefectus mulieris amore captus, eam ut sibi obsequeretur rogavit. quod ubi Cabades ex ea cognovit, hortatur uti quamcunque a fortuna labem ne recuset et hominis complexum admittat. re perfecta et custodia fit solutior, languescunt excubiae, et insomniae vigiliarum socordia dominatur. itaque Cabades incommodis suis mutationem inveniens, vestem uxoris indutus, illamque sua vicissim veste indutam relinquens, e custodia egreditur, et ascito Seose amico probatissimo ad Hunnos acce-

παραλαβὼν τοῖς ἔθνεσι τῶν Οὔννων προσομιλεῖ, οὓς Τούρκους
πολλαχοῦ που ἡ ἱστορία ἐγνώρισεν. εἶτα ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν
Ἐφθαλιτῶν φιλοφρονώτατα ξενισθείς, δυνάμεις τε ἀξιολογωτά-
V 204 τους περιβαλόμενος, μάχῃ τῶν ἀντιπάλων κεκρατηκὼς ἀπολαμ-
βάνει τὸ κράτος, ἀναζεύξας πρὸς τὰ βασίλεια. ὁ μὲν οὖν Κα-
βάδης ἀντιταλαντεύων Σεώσῃ τῷ τῆς φιλίας θεσμῷ τὴν ἀντίδο-
σιν ταῖς ὑπεροχαῖς τῶν ἀρχῶν τοῦτον ἐλάμπρυνε, δίκας ὑπὸ τῶν
ἠδικηκότων ὠμότατα εἰσπραξάμενος. ταῦτα γοῦν, ταῦτα οἱ
τῶν Περσῶν σατράπαι διανοούμενοι ἐκκορακίζουσι τὸν Ὁρμί-
C σδαν. (7) ὅτε γοῦν τῷ ξυλλόγῳ ἅπαντα τὰ πρὸς ὀργὴν ἐπεπέ-
ραστο, ἀνάγεται Χοσρόης ἐπὶ τὸν βασίλειον θρόνον, τῇ τε ἀψῖδι
τῇ χρυσῇ παρεστώς, ὡς ἔθος Πέρσαις ἀναγορεύεσθαι, προσε-
κυνεῖτο βασιλικώτατα καὶ ταῖς εὐφημίαις τὰ ὦτα περιεκλύζετο.
ὁ μὲν οὖν ἄχρι τινὸς τὸν πατέρα περὶ τὴν φρουρὰν ἐφιλοφρονεῖτο
παρηγορούμενος, τῆς τε βασιλικῆς ἑστιάσεως μέτοχον ἐπεποίητο,
πέμπων ὡς αὐτὸν ἐν λεκανίσι χρυσαῖς μυττωτοὺς καὶ κῶλα θή-
D ρας βασιλικῆς, βουβαλίδων τε καὶ δορκάδων καὶ ὄνων ἀγρίων
τῶν μελῶν τὰ ἐπίσημα, ἀνθοσμίας τε οἴνους καὶ ποικίλων προ-
πομάτων κατασκευάς, ἄρτους τε εὖ πεπεμμένους καὶ γάλα καὶ
λάχανα, καὶ ὁπόσα ἄλλα γαστριζομένοις τυράννοις δορυφορεῖται
ἐς τραπέζης πανήγυριν. ὁ δ' Ὁρμίσδας ἀπεδοκίμασε τὸ τοῦ βα-
σιλέως φιλότιμον, καὶ λίαν κενταυρικῶς ἐλοιδορεῖτο τοῖς διακο-
νουμένοις αὐτῷ· ὠβέλιζε γὰρ εἰκότως οἰκτιρμὸν ἐπονείδιστον,

3. νεφθαλιτῶν IP.

dit, quos esse Turcas multis locis monuimus. ab Ephthalitarum rege benevolentissime acceptus copiisque instructissimis adiutus victis certamine inimicis regnum postliminio recepit, et in regiam reversus ex amicitiae legibus pares gratias retulit, cum eum summis honoribus illustravit: de persecutoribus poenas crudelissime sumpsit. hoc igitur, hoc, inquam, Persarum satrapae formidantes Hormisdam oculis privandum censuerunt. (7) postquam conventus per omnia iram suam explevit, Chosroes in thronum regium extollitur, stansque sub fornice aureo, ut apud Persas more receptum est cum reges proclamantur, adoratur regalissime, et omnium aures fausta acclamantium vocibus circumsonant. hic aliquandiu patrem in carcere solatiis mulcet amanter et regio victu sustentat, mittens ad eum intrita in patinis aureis, ac de venatione regia bubulorumque caprearum et agrestium asinorum partes praecipuas, vina item odorata et propinamenta variorum generum, panes praeterea exquisite coctos, lac, olera, et quaecunque alia regibus ventri et abdomini deditis ad mensam panegyricam subserviunt. caeterum Hormisdas studium regis erga se contemnens, ut Centaurus aliquis (id est, ferum et agrestem in modum), quae sibi ministrabantur vituperabat. non imme-

ἀποπομπούμενος ὕβριν ὑποκριναμένην εὐσέβειαν. τοῦτό τοι καὶ ἀποτερματίζει τῷ Ὁρμίσδᾳ τὸν θάνατον· τυμπάνοις γὰρ κατὰ P 100 τῶν λαγόνων παιόμενος καὶ ῥοπάλοις τοὺς ἐν τῷ τραχήλῳ σφονδύλους συνθλώμενος καταλύει τὸν βίον πικρότατα. ὁ δὲ Χοσρόης τηλικούτῳ μίσει τὰ τῆς βασιλείας βεβηλώσας προαύλια ἐπιβατήρια τοῦ κράτους ἐπανηγύρισε, χρυσῷ τε πολλῷ ἐφιλοτιμεῖτο τοὺς ἐπιφανεστάτους τῆς Περσῶν βασιλείας, τῆς τε φρουρᾶς ὑπεξῆγε τὰ πλήθη, κατειρωνευόμενος ἐντεῦθεν οὐκ ἔσεσθαι τῆς πατρῴας ἀπανθρωπίας διάδοχος. ἕκτῃ δ' ἡμέρα, καὶ δι' ἐπιστολέως μετεπέμπετο Βαρὰμ γενέσθαι ὡς αὐτόν, καὶ δώροις βα- B σιλικοῖς μεγατιμίοις ἐπιθάσσευε τοῦτον καταθέσθαι τὸ τύραννον. ὑπισχνεῖτο δὲ καὶ τὴν δευτέραν τοῦ κράτους ἀπονεῖμαι ἀξίαν αὐτῷ, τοῖς τε προημαρτημένοις διαλύσασθαι, ἐνέχυρόν τε τῆς ὁμολογίας ὅρκον μεσίτην παρέχεσθαι. ὁ δὲ Βαρὰμ ταῖς βασιλικαῖς ἐντετυχηκὼς συλλαβαῖς τοῖσδε τὸν Χοσρόην ἠμείψατο γράμμασιν. ἤδη γὰρ παραθήσομαι καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ Βαράμου ἐπὶ λέξεως σύμφρασιν.

"Βαρὰμ φίλος τοῖς θεοῖς, νικητής, ἐπιφανής, τυράννων C ἐχθρός, σατράπης μεγιστάνων, τῆς Περσικῆς ἄρχων δυνάμεως, ἔμφρων, ἡγεμονικός, δεισιδαίμων, ἀνεπονείδιστος, εὐγενής, εὐτυχής, εὐεπήβολος, αἰδέσιμος, οἰκονομικός, προνοητικός, πρᾶος, φιλάνθρωπος Χοσρόῃ τῷ παιδὶ Ὁρμίσδου. τὰ γραφέντα παρὰ τῆς ἐλλειποῦς ὑμῶν καὶ μικροτάτης συνέσεως ἐδεξάμην, καὶ τὰ σταλέντα παρὰ τῆς σῆς τολμηρᾶς ἐγχειρήσεως οὐκ ἀπεδεξάμην·

rito autem misericordiam illaudabilem aversabatur, et simulatam pietatem ut apertam iniuriam excludebat; id quod exitium ei peperit: fustibus enim in ilia impactis et collo ictibus clavarum confracto acerbissime vitam exuit. Chosroes cum tam inexpiabili scelere primordia regni sui contaminasset, pro adepto imperio laetitiam publicam instituebat, et in Persarum nobilissimos quosque largitiones auri prodige faciebat: catervas e carcere dimittebat, quo a paterna crudelitate longius abfuturus crederetur. die sexto per epistolam accitur Varamus, donisque pro magnificentia regia ad tyrannidem abiiciendam invitatur. proximi item ab rege honores in regno, admissorum condonatio, pactique huius pignus iusiurandum intercessurum, promittuntur. Varamus lecta regis epistola hunc in modum rescribit ad verbum.

"Varamus deorum amicus, victor insignis, tyrannorum inimicus, satrapa megistanum sive procerum, Persicarum copiarum imperator, sapiens princeps, religiosus, inculpabilis, nobilis, beatus, voti compos, venerandus, oeconomicus, providus, mitis, humanus, Chosroae Hormisdae filio. quae ab imperfectione parvissimaque prudentia tua mihi scripta sunt, recepi, munera confidenter abs te missa repudiavi: nam ne-

ἔδει γὰρ μήτε γράμμασι μήτε δωρήμασι βασιλικοῖς χρήσασθαι ὑμᾶς πρὸς ἡμᾶς, καὶ μάλιστα οὕτως ἀτάκτου τῆς σῆς χειροτο- D νίας προελθούσης κατὰ τὴν Περσικὴν πολιτείαν, καὶ μήτε τῶν εὐγενῶν καὶ ἀξιολόγων συμψήφων γενομένων τοῖς ἀτακτοτέροις καὶ δυσγενεστέροις ἀνθρώποις. ἵνα μὴ οὖν τοῖς πατρῴοις ἐπι- V 205 πέσῃς κινδύνοις, τὸ μὲν διάδημα ἐν ἱεροῖς ἀποθέμενος τόποις τῶν βασιλικῶν τόπων ὑπέξελθε, τοὺς δ' ἐπὶ πταίσμασιν ἑαλωκότας ἐν εἱρκτῇ αὖθις ἀποθέσθαι τοὺς τὰ ὅμοιά σοι τετολμηκότας ἀναγκαῖον· οὐδὲ γὰρ μετὰ τῆς σῆς δυνάμεως ἴδιον ἀνεξετάστως τοὺς κακούργους ἀνθρώπους παραλῦσαι τῆς πρεπούσης αὐτοῖς παρὰ τῶν νόμων ἐπεξελεύσεως. ταῦτα δὲ ποιήσας ἐλθὲ πρὸς ἡμᾶς, καὶ κλιματάρχης τῆς Περσικῆς πολιτείας παραυτίκα γενήσῃ. ἔρρωσο, φρονῶν τὰ συμφέροντα. εἰ δὲ μή, προγονικῶς διαφθάρηθι."

P 101 8. Τοῦ δὲ γραμματοφόρου συντόνῳ κινήσει τινὶ θᾶττον παραγεγονότος εἰς τὰ βασίλεια καὶ τὸ πυκτίον τῶν ὑπὸ Βαράμου συγγεγραμμένων τῷ βασιλεῖ παρακομισαμένου, τῇ ἐπαύριον ἅπαντας εἰσκαλεσάμενος ὁ τοῦ Περσικοῦ βασιλεὺς εἰς ὑπήκοον τῶν συνεληλυθότων παρεγύμνου τὰ ὑπὸ Βαρὰμ σοβαρῶς γεγραμμένα. οἱ δὲ σατράπαι καὶ οἱ ἄλλοι ταῖς τῶν ἀξιωμάτων τύχαις καταλαμπόμενοι ἐδεινοπάθουν ἐπὶ τοῖς ἐκτόπως τετολμημένοις τῷ Βαράμ, τὸν δὲ βασιλέα πρὸς ὀργὴν ἐξεβάκχευον, κοινὸν τῆς Περσίδος τύραννον ἐς τὸ φανερὸν ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν Βαρὰμ γρά- B φοντες. ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ Βαβυλώνιος δεδιὼς μὴ ταῖς ἀπειλαῖς τῶν λόγων ἐκτραχύνῃ τὸν τύραννον πρὸς τὸ ἀπειθέστερον, κρύ-

que litteras neque dona regalia ad nos mittere conveniebat, cum praesertim te rege creando tanta sit in rem publicam Persarum invecta perturbatio, et neque nobiles neque alicuius pretii homines cum turbulentis illis ac plebeis societatem coiverint. ne igitur paterna te calamitas excipiat, deposito in sacris locis diademate regia excede. qui porro deliquisse convicti sunt, qui, inquam, paria tuis sceleribus ausi sunt, eos de integro in carcerem trudi oportet. non enim potestatis tuae est homines maleficos citra discrimen legum poenis eximere. haec ubi feceris, te ad nos confer, et statim climatarcha Persidis (hoc est, tractus alicuius terrarum seu regionis praefectus) creabere. vale, et conducibilia fac cogites. sin minus, cum patre tuo male peri."

8. Cum tabellarius magnis itineribus celeriter in regia affuisset tabellasque a Varamo conscriptas regi tradidisset, die postero convocatis ad unum optimatibus magistratuumque honore illustribus ad se Varamo superbe scripta commemorat. illi inusitatam viri audaciam graviter et iniquo animo ferunt, regique faces irarum subiiciunt, Varamum communem Persidis tyrannum esse palam decernunt. rex metuens ne verborum

πτει μὲν παρ' ἑαυτῷ τὸ δοκοῦν, καὶ ὥσπερ ὑπὸ παραπετάσματι τῷ ἐπιπλάστῳ τῆς κολακείας τὴν τοῦ Βαρὰμ ὑποκλέπτων δευτέραις ἀξίωσιν καθυφεῖναι τοῦ ὄγκου τὸν ἀντιπράττοντα, τάδε πως ἐν βιβλίῳ ἐγχαράξας αὐτῷ. οἶμαι δ' οὐκ ἀναξιόλογον καὶ αὐτὴν τὴν συνθήκην προθεῖναι τῆς λέξεως, ἵνα τῷ ἀμεταμόρφῳ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκθέσεως ἀθόλωτα τὰ τῆς ἀληθείας ἀρύσοιντο οἱ ξένων καὶ ἀκορέστων ἀφηγημάτων κατορεγόμενοι.

"Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, δυναστευόντων δεσπότης, κύριος ἐθνῶν, εἰρηνάρχης, τοῖς ἀνθρώποις σωτήριος, ἐν θεοῖς C *μὲν ἄνθρωπος ἀγαθὸς καὶ αἰώνιος, ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις θεὸς ἐπιφανέστατος, ὑπερένδοξος, νικητής, ἡλίῳ συνανατέλλων καὶ τῇ νυκτὶ χαριζόμενος ὄμματα, ἐκ προγόνων ἐπίσημος, βασιλεὺς μισοπόλεμος, χαριστικός, ὁ τοὺς Ἄσωνας μισθούμενος καὶ τὴν βασιλείαν Πέρσαις διαφυλάττων, Βαρὰμ στρατηγῷ Περσῶν, ἡμετέρῳ δὲ φίλῳ. ὑπομνηστικὸν τῆς πολυθρυλλήτου ὑμῶν ἀνδρείας ἐδεξάμεθα, καὶ γνόντες ὅτι ὑγιαίνετε, ἐχαροποιήθημεν. τινὰ δ' ἐν τῇ ἐπιστολῇ ῥήματα παρετέθηκας, ἃ ἐκ τῆς σῆς οὐκ* D *ἐγεννήθησαν καρδίας. ἀλλ' ἴσως ὁ τοῦ γράμματος ὑπουργὸς οἴνῳ πολλῷ μεθυσθεὶς καὶ ὕπνῳ ἀμέτρῳ περιβληθεὶς μάταια καὶ ἀλλόκοτα ἐνύπνια συνεγράψατο. ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ δένδρα ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις τὰ ἱμάτια ἀπεδύσαντο καὶ οὐκ ἰσχύουσι τὰ ἐνύπνια, διὰ τοῦτο οὐκ ἐταράχθημεν. ἡμεῖς δὲ καὶ τὸν βασίλειον θρόνον καλῶς ἀπελάβομεν, καὶ τὰ νόμιμα Πέρσαις οὐκ ἀνετρέ-*

17. an *παρενέθηκας?*

minis tyrannum exasperatum ad officium praefractiorem redderet, sententiam suam occultam habet, et ficto velatoque blandimento eum captans, ut ad secundam saltem petitionem de arrogantia remitteret, hunc ei libellum scribit; quem ad verbum apponere, non alienum fore opinor; quo expositione rerum nihil variata veritatem puram ac liquidam hauriant, qui novarum narrationum delectatione satiari non possunt.

"Chosroes rex regum, dominantium dominus, gentium dominus, princeps pacis, hominum salus; inter deos quidem homo bonus et aeternus, inter homines autem deus illustrissimus; victor longe gloriosissimus, cum sole exoriens, nocti oculos (stellas) largiens, a maioribus nobilis, rex belli osor, bene merens de omnibus, Asonas mercede conducens et regnum Persis custodiens, Varamo Persarum duci, amico nostro. schedam multorum sermonibus praedicatae fortitudinis vestrae suscepimus, intellectoque vos bene valere gavisi sumus. reperiebantur autem verba quaedam intexta epistolae, quae ab animo tuo haud profluxerunt: sed fortasse amanuensis probe appotus altoque somno demersus vana et monstrosa somnia sua litteris exaravit. quoniam vero diebus istis arbores suas vestes (frondes) deposuerunt et somnia non valent, ideo res nihil nos perturbavit, qui in sedem regiam honeste successimus, et Persarum

ψαμεν, τοὺς δ' ἐκ φυλακῆς διασωθέντας πάλιν φυλακῇ οὐκ ἐπιθῶμεν· οὐ γὰρ πρέπει βασιλέως δωρεὰν χηρεύειν δυνάμεως. τὸ μὲν οὖν διάδημα ἐπὶ τοσοῦτον τεθαρρήκαμεν μὴ ἀποτίθεσθαι,
P 102 ὡς ἐλπίζειν ἡμᾶς· καὶ εἴπερ ἄλλοι εἰσὶ κόσμοι, κἀκείνων βασιλεύειν. ἐρχόμεθα δὲ πρὸς σὲ βασιλικώτερον, ἢ λόγοις πείσοντες ἢ τοῖς ὅπλοις καθυποτάξαντες. ἐὰν θέλῃς εὖ ἔχειν, φρόνει τὰ δέοντα. ὑγίαινε, ἐσόμενος ἡμῶν ἄριστος σύμμαχος."

B
V 206 9. Ὅτε γοῦν ταῦτα ἐπεπόμφει ὁ βασιλεὺς τῶν Μήδων τῷ τυράννῳ Βαράμ, αἱ δυνάμεις πάντοθεν ἠρανίζοντο. συλλέγει τε τὸ ὁπλιτικὸν τούς τε περὶ τὸ Ἀδραβιγάνων, τούς τε ἐπικαθημένους τοῖς μέρεσι τοῦ Ζαβᾶ ποταμοῦ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀνὰ τὴν Νίσιβιν στρατοπεδευομένους ἀνελέξατο ὡς τάχος. καὶ δῆτα ὁπηνίκα τὰς ἐπισωρευθείσας αὐτῷ δυνάμεις εἰς ἕνα ἐπεστοίχισε χῶρον, χρήμασι φιλοφρονησάμενος, ταῦτ' ἄρ' ἡγεμόνας προΐστησι, τὸν μὲν Σαράνην τοῦ δεξιοῦ ἐπιστατεῖν παρακελευσάμενος στίφους, Ζαμένδην δὲ τοῦ εὐωνύμου κλίτους προστάττει ἡγήσασθαι, τὸν δὲ Βινδόην τὴν μέσην περιβάλλεσθαι
C φάλαγγα τῶν τε ὀπισθοφυλάκων ἀντέχεσθαι παρεκελεύετο. ἀπάρας τοίνυν ἐκ τῶν βασιλείων ὁ Περσῶν βασιλεὺς προσομιλεῖ πεδίῳ τινί, ἐν ᾧ ποταμὸς περιεκέχυτο ἑκατέρας δυνάμεως διαρρέων μεσαίτατος. ἐπὶ τῶν ὄχθων τοίνυν τοῦ ποταμοῦ ἑκατέρας στρατιᾶς ποιησαμένης τὴν σύστασιν, καὶ πολλῶν λόγων ἀπό τε Χοσρόου καὶ Βαρὰμ διαπορθμευομένων ἀπὸ πρώτης ἕω μέχρις

iura non evertimus, et custodia liberatos iterum non includemus: debent enim regis dona vim et robur obtinere. diadema denique nos adeo non depOsituros confidimus, ut potius, si alii mundi extant, eorum nos fore reges speremus. veniemus autem ad te regaliter, ut aut verbis tibi persuadeamus aut armis te subigamus. si bene vis habere, recta sape. vale, futurus socius noster optimus."

9. Hac epistola ad tyrannum delata copiae undique corrogantur, et miles ex Adrabiganis et ex accolis Zabae fluminis conscribitur. ad Nisibim quoque castrametati sine mora aggregantur. ergo postquam contractas a se copias unum in locum conduxit, distributo benigne congiario duces praeficit. Saranem cornu dextrum, Zamendem sinistrum curare iubet: Bindoi medios et triarios committit. profectusque e regia in planitiem quandam venit, quam fluvius interlabens utrumque exercitum dividebat. super ripas igitur utrisque constitutis, ac multis sermonibus ultro citroque a principio diei usque in vesperum habitis, mandatisque et colloquiis in ventum effusis, et nulla ex parte ullo modo pace composita, praelium capessitur et pugna ingentia mala parturit. excursiones fiebant, et missilibus res praetentabatur; quae solent esse certaminum militarium praeludia. Varamus vallum circumdat, et alia ad suos

ἑσπέρας ἐπιστολῆς, καὶ τῆς διαλέξεως εἰς ἀέρα χεθείσης καὶ μηδαμῇ μηδαμῶς εἰρηναίων λήξεως κληρωσαμένης ἀποπεράτωσιν, ὁ πόλεμος ἐκαττύετο ἥ τε μάχη ἐκυοφόρει μεγάλων κακῶν ἐπιφοίτησιν. τοίνυν ἐκδρομαί τε ἤδη ἐγίνοντο ἀκροβολισμοί τε, καὶ ταῦτα δὴ ταῦτα τὰ τῆς παρατάξεως προπύλαια φιλοπόλεμα. D ὁ μὲν οὖν Βαράμης τάφρον περιεβάλετο, τά τε ἄλλα τὰ εἰς ἀσφάλειαν τῆς μαχίμου δυνάμεως ἐτεκταίνετο· ὁ δὲ Χοσρόης οὐ θαρρῶν χάρακα ἐν πεδίῳ περιστοιχώσασθαι, ἡμέρας μὲν διατελούσης πολεμησείων ὥσπερ πως ὑπεφαίνετο, νυκτὸς δ' ἐπιούσης εἴσω τῆς πόλεως τὰς δυνάμεις περιφρούρει συγκλείσας. ἐντεῦθεν οὐκ εἰς ὀλίγην καταπεπτώκει ἀθυμίαν τὰ περὶ τὸν Χοσρόην στρατεύματα. ὁ δὲ Βαράμ, ὅτε κατάδηλος ἡ τῆς ἀντιθέτου δυνάμεως γέγονέ που δειλία, ἐθάρρησε λοιπὸν μὴ κλέψαι τὸν πόλεμον· οὓς γὰρ ἐνῆν βιάσασθαι ἐς τὸ φανερόν, τούτους οὐκ ἐδοκίμαζε τὴν ἀπάτην καταιτιάσασθαι καὶ θολὸν τοῖς θριάμβοις διὰ τὸν δόλον παρέχεσθαι. ὁ δὲ Χοσρόης ὑπολαβών τινας συνδιατίθεσθαι τοῖς ὑπὸ τοῦ τυράννου διεγχειρουμένοις φόνῳ διεχρήσατο τούτους. δευτέρᾳ δ' ἡμέρᾳ τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις καταβεβλημένας τὰς ψυχὰς ἑωράκει. διά τοι τοῦτο πρὸς ἀπόδρασιν εἶδε, τήν τε ἀποφυγὴν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν γυναίοις προκατειργάζετο. οὕτω δὴ τῶν πραγμάτων διακειμένων, ἑβδόμῃ ἡ- P 103 μέρᾳ ὁ Βαρὰμ οὐκ ἐθέλοντος Χοσρόου πρὸς παράταξιν ἀπαντῆσαι νυκτομαχίαν ἐν σκοτομήνῃ συνίστησιν, ἐπιπίπτει τε τοῖς περὶ τὸν Χοσρόην στρατεύμασι. φοβερᾶς τοιγαροῦν οὔσης τῆς καταπλήξεως, μεγάλου τε θορύβου ἐξαπιναίως φοιτήσαντος, τῆς τε θραύσεως πρῶτα τοῖς νωτοφόροις ζώοις ἐπιφερομένης ὑπὸ τῶν πολεμίων, εἶτα καὶ πρὸς τοὺς συμμάχους Χοσρόου μετα-

1. an ἐπιστολαῖς?

tutandos molitur. Chosroes exercitum vallo cingere in campo non audens die quidem toto bellaturire videbatur, adventante autem nocte copias in urbe securitatis ergo claudebat; ex quo milites ponebant animos. Varamus ex hostium timiditate factus animosior de caetero tectius agendum non putavit: quos enim vi aperta liceret devincere, ab iis fraudem sibi obiectari ac triumphis suis propter dolum adhibitum maculam aspergi, probare non poterat. Chosroes ratus quosdam e suis tyranno favere, eos vita privat. die sequenti copias suas desperatas animadvertens praemissis uxoribus ad fugam spectat. rebus sic affectis, luce septima Varamus, Chosroe conflictum detrectante, nocturnis tenebris impressionem facere instituit. stupore igitur horribili ac trepidatione desubito ingruente, primumque iumentis onerariis occisis, deinde ad milites ipsos

βεβηκότος τοῦ φόνου, πολλῶν τε ἀναιρεθέντων, μετατίθεται τὴν γνώμην τὸ μάχιμον, αὐτομολεῖ τε πρὸς τὸν Βαρὰμ καὶ ταῖς ἀμφ' αὐτὸν δυνάμεσιν ἀναμίγνυται. ὁ μὲν οὖν Χοσρόης τὴν ἀκρώρειαν τῶν δυστυχημάτων φέρειν οὐκ ἔχων, ᾗ ποδῶν εἶχε δυνάμεως, διαδιδράσκει τὸν μέγαν τοῦτον καὶ παραδοξότατον
B V 207 κίνδυνον μετά τινων εὐαριθμήτων ὑπασπιστῶν. (10) καὶ οὕτω τῆς βασιλείας ἐκπεπτωκώς, τήν Κτησιφῶντά τε καταλιπὼν καὶ τὸν Τίγριν διανηξάμενος ποταμόν, διηπορεῖτο ὅ τι καὶ δράσειε, τῶν μὲν πρὸς τὸ Σκυθικὸν τὸ ἑῷον, οὓς Τούρκους λέγειν εἰώθαμεν, γενέσθαι εἰσηγουμένων αὐτῷ, τῶν δ' ἐν τοῖς Καυκασίοις ἢ Ἀτραποϊκοῖς διασώζεσθαι ὄρεσιν. οὕτω μὲν οὖν ἠμηχάνει ἐκεῖνος ἐπὶ τῇ βασάνῳ τῶν παραινέσεων. τοιγαροῦν κομιδῇ ἐπιεικῶς ἀνατίθησι τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ τὰς ἡνίας τῆς ἀποδράσεως· εἴς τε τὸν οὐρανὸν ἀποβλέψας καὶ τοῦ δημιουργοῦ εἰς ἔν-
C νοιαν γεγονώς, ἀγνωμονῶν τε τοὺς ἐπιπλάστους θεούς, τῷ τε Μίθρᾳ μηδέν τι τῆς ἐλπίδος προσενεγκάμενος, εἰκότως ἠμαύρωσε τὸ τῶν κινδύνων ὀξύρροπον, καὶ τὴν πίστιν μεταβαλλόμενος μεταβάλλει καὶ τὴν τύχην πρὸς δεξιότητα. τῷ μὲν οὖν χαλινῷ χαίρειν εἰπών, τάς τε εὐθετιζομένας ἡνίας παρακρουσάμενος, ἠξίου ὑπὸ τῆς ἵππου ἰθύνεσθαι τόν τε ἐπιβάτην ὑπὸ τοῦ ἐποχοῦντος κυβερνᾶσθαι πρὸς τὰ συμφέροντα, θεῷ καὶ ἵππῳ τὰς κρίσεις πεπιστευκὼς τῶν ἐκβάσεων· οὕτω γὰρ εὐδόκησεν ὁ καιρός, μεγάλην ἀποσχεδιάσαι τῷ κόσμῳ πραγμάτων ὑπόθεσιν.
D ἡ μὲν οὖν ἵππος ἐκείνη ἡ βασίλειος ἦγε τὸν ἐπιβάτην φυγάδα ἀνὰ τὴν ἔρημον. ταύτην δὲ διανύσας, καὶ τὸν Εὐφράτην ποτα-

progressa caede, nec paucis interfectis, reliqui mutata mente cum Varamo sese coniungunt. Chosroes huic gravissimae cladi perferendae impar, summa usus celeritate cum paucis quibusdam satellitibus magnum et inexpectatissimum discrimen effugit. (10) cum sic regno excidisset, Ctesiphontem reliquisset Tigrimque traiecisset, pendebat animi quo se verteret, consulentibus aliis uti ad Scythas Orientales, quos Turcas nominare solemus, proficisceretur, aliis, ut Caucaseis aut inviis montibus salutem suam mandaret. sic ille rationum momenta examinans perplexus haerebat. itaque supremo omnium deo aequissime arbitrium fugae suae permittit, sublatisque in coelum oculis et opificis universorum recordatus, deosque commentitios abominatus ac de Mithra (sole) omni spe abiecta, merito impendens capiti suo periculum amolitus est, et cum religione fortunam quoque feliciter mutavit. itaque dimissis habenis scite compositis, equi gressum ultroneum sequi, atque ab eo ipse rector, deo et animanti commisso eventus iudicio, ad utilitatem suam dirigi voluit. sic enim visum est tempori, magnum ex tempore mundo praebere admirationis argumentum. equus igitur ille regius sessorem suum fugitivum

μὸν παραμείψας, τῶν Ἀβορέων καὶ Ἀνόθων πλησιάζει φρουρίοις· ταῦτα δ' ὑπὸ τὸ Περσικὸν ἐφορολογεῖτο πολίτευμα. ἀπάρας δ' ἐντεῦθεν Χοσρόης ἀφικνεῖται ἐπὶ τὰ Κιρκησίου ἐχόμενα πόλεως. δέκα δὲ σημείοις ἀγραυλιζόμενος ἀπεκπέμπει ἀγγέλους εἰς τὸ Κιρκήσιον, παραδηλῶν τὴν ἄφιξιν καὶ τὰς νεωτέρας τύχας καὶ τὴν ἐς τὸν Καίσαρα καταφυγήν, τήν τε ἐς τὰ οἴκοι κάθοδον ἐξαιτούμενος ἠξίου συμμαχικὸν ἀπὸ Ῥωμαίων ἀποίσεσθαι. P 104 τρίτη γοῦν φυλακῇ τῆς νυκτός, καὶ οἱ ἄγγελοι πρὸς ταῖς πύλαις ἐχώρησαν. ἐπεὶ δὲ τοῖς πυλωροῦσι τὰ τοῦ τειχίου διεξοδευόμενα ὑπὸ τῶν πρέσβεων διεγνωρίζετο, ὑπὸ τὸν ἡγεμόνα θᾶττον τῆς πόλεως οἱ τὴν φρουρὰν τῶν πυλῶν ἐγχειρισθέντες προήεσαν, τῷ τε ἡγεμόνι μετὰ συντόνου σπουδῆς τὴν περιπέτειαν ἀνετίθεσαν. τῷ δὲ φρουράρχῃ ἦν ἄρα Πρόβος ὄνομα. ὁ μὲν οὖν Πρόβος ἐξ ἑωθινοῦ τὸν Χοσρόην πρὸς τὸ ἄστυ εἰσάγει, δεξιότητι δὲ καὶ φιλοφροσύνῃ τοῦτον ἐξένιζε. τὰ δὲ τούτου γύναια, παῖδας ὑπομαζίους περιαγόμενα, λίαν εἰς τὰ μάλιστα φιλανθρωπίας ἠξίου. τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ περιπόλους (τριάκοντα δ' ἄρα τῷ Χοσρόῃ ὑπῆρχον) εὖ ἐποίει κάρτα ἐπιεικῶς. δευτέρα δ' ἡ- B μέρα, καὶ Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐζήτει τὸν Πρόβον διὰ γράμματος πρεσβεύειν παρὰ τὸν Καίσαρα, καὶ ἐγχαράξας βασιλείους κεραίας διὰ Πρόβου τῷ αὐτοκράτορι ἔστελλε. τῇ δ' ὑστεραίᾳ Κομεντιόλῳ τῷ στρατηγῷ κατὰ τὴν Ἱερὰν πόλιν ἐνδιατρίβοντι κατάδηλον τὴν Χοσρόου ἐνδημίαν ὁ Πρόβος πεποίηται, πέμψας ὡς αὐτὸν καὶ τὰ παρὰ Χοσρόου ἐν ἀξιώσει γεγραμμένα τῷ Καίσαρι. ὁ δὲ Κομεντίολος τῶν ὑπὸ τοῦ Πρόβου διαγνω-

25. an διαγνωρισθέντων?

per solitudinem et iuxta Euphraten ad Aboreorum et Anathorum castella Persis tributaria perducit. inde discedens in fines Circesiorum defertur, et adhuc ad decimum lapidem distans, nuntium in urbem super adventu suo recentique calamitate ac deliberato ad Caesarem perfugio mittit, cuius adiutus auxiliis redire domum desideret. tertia noctis vigilia nuntii ad portas affuerunt; qui ut custodibus de ingressu significarunt, illi continuo ad urbis ac praesidii praefectum accedunt, de conversione rerum certiorem faciunt. Probus (hoc praefecto nomen erat) Chosroen mane in urbem introductum urbane et humaniter tractat, eiusque mulieres, quae lactentes adhuc infantes gestabant, satellites quoque et custodes, qui triginta numerabantur, habet benignissime. die sequenti Probum Chosroes orat ut per eum litteras ad Caesarem mittere sibi liceat. annuit epistolamque regis transmittendam suscipit. postero die Comentiolo duci Hierapoli degenti Chosroen ad se venisse scribit, et epistolam quam ille imperatori supplicem conscripserat adiungit. his sibi a Probo significatis, Comentiolus uni de cursoribus Hierapolitanis

σθέντων αὐτῷ κατὰ τὴν Ἱερὰν πόλιν τοῖς ταχυδρομοῦσιν ἄγγελον παρεδίδου ἥξοντα ἐς βασιλέα. ὁ δ' αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος τού- C τῶν ἀκηκοὼς περιγάννυται, καὶ ταῖς κρείττοσιν ἐλπίσι κατάκομος ἦν. τά τε σήμαντρα τὰ Περσικὰ περιελόμενος, ὅ τι ἂν καὶ ταῖς δέλτοις ἐνεκεχάρακτο, διηρευνᾶτο ἀνελέσθαι τε καὶ ἀναγνῶναι. ἡ δὲ τῆς ἀξιώσεως τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως ἐν τούτοις που συνετέτακτο· ἐπὶ λέξεως γὰρ προθήσω τὴν πρέσβευσιν, ἀκαλλώπιστον φράσεως, ὅπως τῇ ἀμαθίᾳ τῆς λέξεως τὸν νοῦν τῆς ἀξιώσεως ἀνεπίπλαστον ἐνοπτριασώμεθα.

V 208 11. "Χοσρόης Περσῶν βασιλεὺς τῷ ἐμφρονεστάτῳ βα- D σιλεῖ τῶν Ῥωμαίων, ἀγαθοποιῷ, εἰρηνικῷ, δυνάστῃ, φιλευγενεῖ, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις σωτῆρι, εὐεργετικῷ, ἀμνησικάκῳ χαίρειν. δύο τισὶν ὀφθαλμοῖς τὸν κόσμον καταλάμπεσθαι πάντα ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τὸ θεῖον ἐπραγματεύσατο, τουτέστι τῇ δυνατωτάτῃ τῶν Ῥωμαίων βασιλείᾳ καὶ τοῖς ἐμφρονεστάτοις σκήπτροις τῆς Περσῶν πολιτείας· ταύταις γὰρ ταῖς μεγίσταις ἀρχαῖς τὰ ἀπειθῆ καὶ φιλοπόλεμα ἔθνη λικμίζονται καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων διαγωγὴ κατακοσμεῖται καὶ κυβερνᾶται διὰ παντός. καὶ ἔστι λαβεῖν τὴν τῶν πραγμάτων ἀκολουθίαν τοῖς ἡμετέροις ῥήμασι συμφωνοῦσαν. ἐπεὶ τοίνυν σκαιοί τινες καὶ πονηροὶ ἐν τῷ κόσμῳ ἐπιπολάζοντες δαίμονες πάντα τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ καλῶς P 105 συντεταγμένα συγχεῖν μὲν ἐπείγονται, εἰ καὶ μὴ ἔκβασιν ἡ τούτων λαμβάνει ἐγχείρησις, πρέπει τοὺς θεοφιλεῖς καὶ εὐσεβεστά-

11. post φιλευγενεῖ Exc. καὶ μισοτυράννῳ, ἐπιεικεῖ, δικαιοπραγεῖ.

nuntium ad imperatorem perferendum iniungit. qui ex auditione mirifica voluptate perfusus, melius de caetero res ituras vehementer confidebat, detractoque signo Persico, quid tabulae continerent, legendo scrutabatur. continebant autem petitionem regis, quam ego, ut est, inornatam et simplicem hic subiiciam, quo in imperitia dictionis sinceritatem petitionis ceu in speculo contemplemur.

11. "Chosroes Persarum rex imperatori Romanorum sapientissimo, benefico, pacifico, potenti, nobilitatis amanti, inique afflictorum liberatori, ad bene de omnibus merendum propenso, iniuriarum immemori salutem. duobus quibusdam oculis universum mundum illustrari, iam olim et ab initio deus optimus maximus curavit, hoc est, Romanorum imperio potentissimo et prudentissime temperata Persarum re publica. his namque principatibus amplissimis rebelles et Mavortiae gentes compescuntur, humanaeque instituta vitae ornantur et reguntur semper. quarum rerum consequentiam verbis nostris suffragantem videre licet. quoniam ergo infausti quidam perversique daemones, inter homines vagantes, omnia a deo recte constituta confundere ac perturbare conituntur, tametsi eorum conatus nihil proficiunt, deo caros pietatique deditissimos

τους ἀνθρώπους τούτοις ἀντιστρατεύεσθαι, ἔχοντας ἀπὸ τοῦ θεοῦ σοφίας θησαυρὸν καὶ δικαιοσύνης βραχίονα καὶ ὅπλα. κατὰ τοίνυν ταύτας τὰς ἡμέρας οἱ βλαπτικώτατοι δαίμονες κατὰ τῆς Περσῶν ἐπιφοιτήσαντες πολιτείας δεινὰ κατειργάσαντο, καὶ δούλους κατὰ δεσποτῶν ἐπεστράτευσαν, κατὰ βασιλέως οἰκέτας, κατὰ τῆς τάξεως τὴν ἀταξίαν, κατὰ τοῦ καθήκοντος τὸ μὴ πρέπον, καὶ πᾶσι τοῖς ἐναντίοις τῶν ἀγαθῶν ἐχορήγησαν ὅπλα. Βαρὰμ γὰρ ὁ κατάπτυστος δοῦλος ὑπὸ τῶν ἡμετέρων προγόνων αὐξηθεὶς καὶ διαλάμψας καὶ μὴ χωρήσας τῆς δόξης τὸ μέγεθος B πρὸς ὄλεθρον ἀπεσκίρτησε, καὶ βασιλείαν ἑαυτῷ μνηστευόμενος πᾶσαν διετάραξε τὴν Περσῶν πολιτείαν, καὶ πάντα καὶ πράττει καὶ διεγχειρεῖ, ἵνα μέγαν ὀφθαλμὸν ἀποσβέσῃ δυνάμεως, καὶ λάβωσιν ἐντεῦθεν ἔθνη ἀνήμερα καὶ κακοπραγέστατα παρρησίαν καὶ δύναμιν κατὰ τῆς ἡμερωτάτης τῶν Περσῶν βασιλείας, εἶτα λοιπὸν ἐντεῦθεν τῷ χρόνῳ καὶ κατὰ τῶν παρ' ὑμῶν φορολογουμένων ἐθνῶν κράτος ἄσχετον καὶ πολλῆς λύμης οὐκ ἄμοιρον. πρέπει τοίνυν τῷ εἰρηνικῷ τῆς προνοίας ὑμῶν στηλιτευομένῃ βασιλείᾳ καὶ ὑπὸ τυράννων βιαζομένῃ παρασχεῖν χεῖρα σωτήριον, συστήσασθαί τε μέλλουσαν ἀρχὴν καταλύεσθαι, καὶ τῆς σωτηρίας C τὰς αἰτίας ὥσπερ τρόπαια οἰκουμενικὰ ἐν τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ ἱδρύσασθαι, ἀναγορευθῆναί τε ὑμᾶς κτιστὰς καὶ σωτῆρας καὶ ἰατροὺς τῆς Περσῶν πολιτείας. πάντα γὰρ τὰ τῷ δικαίῳ

5. βασιλέας IP, βασιλείας Exc. 15. ὑμῖν Exc. 17. ληστευομένῃ Exc.

mortales, a deo sapientiae thesaurum iustitiaeque brachium et arma habentes, iis obviam ire et contra pugnare decet. his itaque diebus perniciosissimi daemones in regnum Persicum sese inferentes atrocia designarunt, et servos adversum dominos, famulos adversum reges, confusionem adversus ordinem, indecorum contra decorum, et omnia demum bonitati contraria et inimica suppeditatis armis instruxerunt. Varamus etenim, servus ille detestandus, a maioribus nostris evectus et honoribus illustratus, cum magnitudinem gloriae non caperet, ad pestem et perniciem nobis machinandam prosiluit; et regni habenas sibi despondens, universam Persarum rem publicam conturbavit; agitque et tentat omnia, ut magnum potentiae oculum extinguat, indeque nationes agrestes et ad malefaciendum promptissimae imperium Persarum mansuetissimum lacerandi licentiam potestatemque, ac tempore procedente contra vestras quoque gentes stipendiarias robur inexpugnabile et in primis exitiosum nanciscantur. erit igitur honestum pacificae vestrae providentiae, regno omnibus mortalibus notissimo et a tyrannis oppresso manum salutarem porrigere, ac principatum interitui proximum confirmare denuo atque constabilire, salutisque nostrae causas ut tropaea universalia in re publica Romana figi, vosque rei publicae Persicae conditores servatores

συμβαίνοντα πρέπει τοῖς δυνατωτάτοις βασιλεῦσι διὰ παντὸς ἀπεργάζεσθαι, καὶ ἐντεῦθεν τῆς μεγαλονοίας τὰ ἐγκώμια καὶ τοῦ τῆδε κόσμου μεταναστεύουσιν ἔχειν διὰ παντὸς ἀδιάφθαρτα, παράδειγμά τε συστήσασθαι ὡς οὐ δεῖ κατὰ δεσποτῶν δραπέτας ὁπλίζεσθαι. τὸ τοίνυν ἀνώμαλον νῦν τῶν πραγμάτων τῆς Περ-
D σικῆς πολιτείας προσήκει παρ' ὑμῶν κυβερνᾶσθαι· λαμπροτέραν γὰρ ἐντεῦθεν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν εὔκλειαν δι' ὑμῶν ἀπολήψονται. ταῦτα Χοσρόης ἐγώ, ὡς παρών, γράφων προσφθέγγομαι, Χοσρόης ὁ σὸς υἱὸς καὶ ἱκέτης· οὐ γὰρ διὰ τὴν τύχην τῶν συμβεβηκότων ἀθετήσεις τῆς ἀξίας ἢ τῆς προσηγορίας τὸ πρόσφορον. οἱ δοτῆρες τῶν ἀγαθῶν ἄγγελοι τοῦ θεοῦ ἀνεπονείδιστον καὶ ἀτυράννητον ὑμῖν τὴν βασιλείαν διαφυλάξωσιν."

P 106 V 209 12. Ἐν ὅσῳ δὲ τὰ τῆς πρεσβείας κατεξητάζετο παρὰ τὸν Καίσαρα, ὁ Βαράμης τούς τε σατράπας καὶ τοὺς περιβλέπτους τῆς Βαβυλωνίας ἐφιλοφρονεῖτο θεραπείας τε ἠξίου, ἀναλαβών τε τὴν βασιλικὴν πᾶσαν ἀποσκευήν, ὅσην Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν ἐπεσύρετο βασιλεύς, ἀφικνεῖται πρὸς τὰ ἀνάκτορα· διακρίνας τε ἐκ τοῦ ὁπλιτικοῦ ἄνδρας εἰς ἔκταξιν λογάδας ἀνερευνᾶσθαι Χοσρόην προσέταττε δέσμιόν τε ὡς αὐτὸν παραστήσασθαι. οἱ μὲν οὖν διητυχηκότες τῶν ὑπὸ τοῦ Βαρὰμ προστεταγμένων αὐτοῖς Βινδόῃ περιτυγχάνουσιν, ὃς ἔχαιρεν ἐς τὰ μάλιστα Χοσρόῃ τῷ Περσῶν βασιλεῖ. τοῦτον δεσμοῖς καθυβρίσαντες ἄγουσι
B παρὰ τὸν Βαρὰμ ἑβδομαῖον. ὁ δὲ Βαρὰμ τὴν Περσῶν βασι-

et medicos proclamari. omnia quippe iustitiae consentanea perpetuo praestare iustissimos imperatores convenit, atque hic quidem excelsi animi praeconia, hinc autem emigrantes immortalia bona in omne aevum adipisci, exemplumque statuere, ne posthac fugitivi in dominos arma expediant. nunc igitur perturbatum Persidis statum a vobis regi et corrigi par est, ex quo per vos Romanorum gloria splendescet magis. haec ego Chosroes, tanquam praesens praesentem alloquens, Chosroes filius et supplex tuus. non enim quia me miserum fortuna finxit, tu quoque hanc mihi conducibilem seu dignitatem seu appellationem denegabis. angeli dei, bonorum largitores, imperium vestrum probro et tyrannis liberum custodiant."

12. Interea dum super petitione regis consultatur, Varamus satrapas et alios de Persis eminentiores comitate et beneficentia ad suas partes allectat, susceptoque comitatu et apparatu omni, quem post se Chosroes trahebat, ad palatium regale concedit; delectisque de exercitu bellatoribus egregiis, Chosroen indagari et sibi vinctum sisti imperat. qui mandatis frustra parentes, in Bindoen regis Persarum praecipue studiosum incidunt, eumque contumeliose vexatum cum vinculis die septimo ante Varamum statuunt. Varamus regnum Persicum sibi vendi-

λείαν σφετεριζόμενος, καὶ τῷ ταύτης καθάπερ πολούμενος ἔρωτι, ἐς τὸ φανερὸν τὰς τῆς ψυχῆς ἐπιβουλὰς οὐ παρεδείκνυε, δεδιὼς μὴ τοὔγε ἕνεκα φωραθείη τέως τὴν ὅλην τῶν πεπραγμένων αὐτῷ ὑπόθεσιν συστησάμενος. ἤρα δὲ δόγματι συγκλήτου τὴν ἀρχὴν ἐμπορπήσασθαι, καὶ τὴν ἀνάρρησιν τοῦ κράτους περιβαλέσθαι σὺν νόμῳ, οὐ βίᾳ τινί, ἐντεῦθεν τὴν μὲν βασιλείαν ἀνεπονείδιστον, τὴν δ' αὖ πάλιν ἐγχείρησιν ἀνεπιβούλευτον ἑαυτῷ σοφιζόμενος. ἐπεὶ δὲ πάντα ῥᾳδιουργῶν καὶ παλαμώμενος ἀπί- C θανος ἦν σοφιστὴς τοῦ βουλήματος, ἐχαλέπαινέ τε τοῖς μάγοις τἀναντία φρονοῦσι. τῆς τοίνυν ὀρέξεως αὐτῷ μηδαμῶς ἀπολαβούσης τοῦ σκοποῦ τὴν βαλβῖδα, χωρεῖ ἐς τὸ φανερόν. τῆς μεγάλης τοιγαροῦν καὶ ἐπιφανοῦς ἐνδημούσης αὐτοῖς ἑορτῆς, ἣν ἑορτάζειν οὐρανῷ παλαιὸς καὶ πρεσβύτης νόμος Πέρσαις ἐθέσπιζε, τὸ βασιλικὸν διάδημα ἀνελόμενος ἀνηγόρευεν ἑαυτὸν βασιλέα, τῇ τε χρυσῇ κατηυγάζετο κλίνῃ, τοῖς τε κατὰ τὴν Μαρτύρων ἀναστρεφομένοις βαρβάροις ἔχεσθαι ἐγκρατῶς τῆς φρουρᾶς ἐγκελεύεται καὶ ἥκιστα τὸν νοῦν Χοσρόῃ παρέχεσθαι. τοῖς τοίνυν D τὸ ἄστυ πολιορκοῦσι Ῥωμαίοις ἡ τοῦ Βαρὰμ διαγόρευσις δῆλος γίνεται· ἥλω γὰρ ὁ τὰ προστάγματα τοῦ τυράννου περιφερόμενος. μενοῦν γε Χοσρόης ἐπὶ τὴν λεγομένην Ἱερὰν πόλιν ἀφίκετο, A. C. 593. οὐδὲ μὴν Κομεντίολος ὁ στρατηγὸς ἀγέραστον καταλέλοιπε τὸν τέως τῆς βασιλείας χηρεύοντα· οὕτω γὰρ ἔδοξε Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι, καὶ τὸ δόγμα μετεχώρει πρὸς πρᾶξιν. οὐκοῦν ἐπὶ τὸ Βεδάμας, οὕτω χωρίον λεγόμενον, ἐς συνάντησιν γίνεται

care nitens, et eius cupiditate nimia quasi expugnatus, quas animo coquebat insidias, haudquaquam prodebat, metuens ne quae egisset hactenus, omnia huius rei gratia egisse deprehenderetur. verum consilii decreto sibi imponi et illigari quodammodo principatum, et legitima renuntiatione, non vi aliqua successionem in regno capessere desiderabat. ita et regnum sibi non probrosum et molitionem tutam fore homo versipellis ratiocinabatur. sed ubi nihil non nefarie moliens, quod volebat, artificio suo persuadere non potuit, dominandique libido qua fervebat propositum minime tenuit, et magis quoque diversum sentientibus succensuit, in apertam audaciam prorupit. quamobrem magno et illustri die festo, cuius celebritatem Persis vetus et veneranda lex de coelo sanxerat, sumpto diademate semet ultro regem declarat, lectoque aureo insignis praesidiariis apud Martyropolim barbaris mandatum mittit, uti urbem constanter teneant et Chosroen neutiquam audiant. Romanis oppidum obsidentibus intercepto internuntio res patefit. porro Chosroes Hierapolim venit; nec Comentiolus tunc regno viduatum non honoravit, quando id Mauricius fieri iusserat, iussaque opere ipso praestabantur. quare ad oppidulum usque Bedamas appellatum venienti prodit obviam,

Κομεντίολος Χοσρόῃ, τήν τε παρασκευὴν βασίλειον αὐτῷ συστησάμενος ἐδορυφόρει μεγαλουργῶς. ἐννάτῃ δ' ἡμέρᾳ, καὶ τοῖς ἐν Μαρτυροπόλει φρουροῦσι Πέρσαις ἄγγελον ὁ Χοσρόης
P 107 ἐξέπεμπεν ἄνδρα σατράπην Μυραγδοῦν, οὕτω λεγόμενον, τάς τε νεωτέρας τύχας καταδηλῶν, καὶ ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς τῆς πόλεως ἔχεσθαι, τῆς τοῦ αὐτοκράτορος μεγαλονοίας ἀπομάχους καὶ φίλους Πέρσας μεταπλαττούσης. Βεστὰμ δὲ τῶν παρὰ Πέρσαις διαφανῶν κατὰ τὴν Ἀρμενίαν ἀπέστελλεν ἐς τὸ Ἀνδραβιγανὸν ἐγκελευόμενος γενέσθαι καὶ τοὺς αὐτόθι ἐνδιατρίβοντας Πέρσας ὑπηκόους αὐτῷ καταστήσασθαι. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω ἐς τὸ
B V 210 φανερὸν διεπράττετο· (13) οἷα δὲ κέρκωψ πεφυκὼς τὴν διάνοιαν καὶ πάντα τοῦ δόλου τιθέμενος δεύτερα, τὸν τῆς φιλοξενίας ἀθετήσας θεσμὸν καὶ τοὺς ἅλας τῆς φιλοφροσύνης ὑπὸ τὰς πτέρνας καταβαλόμενος, πεμπταῖον ἐξέπεμπεν ἄγγελον τοῖς τὴν Μαρτύρων πόλιν περικαθημένοις Χαλδαίοις, ἐγκελευόμενος ἔχεσθαι τῆς φρουρᾶς κάρτα κομιδῇ καὶ τοῖς ἐς τὸ φανερὸν προσταττομένοις αὐτῷ μὴ προσέχειν τὸν νοῦν· φαῦλον γὰρ τὸ Περσικόν, καὶ βίος αὐτῷ δόλος καὶ κόμπος ἀνέκαθεν. ἀναβολῆς τοίνυν τῆς περὶ τὴν βασιλείαν καθόδου τέως ἐγγινομένης αὐτῷ, ἐνεχείρει ἐς βασιλέα γενέσθαι Ῥωμαίων. ὁ μὲν οὖν Μαυρίκιος
C τὴν Χοσρόου ἔφεσιν διαγνοὺς γράμμασι βασιλείοις τὴν ἐς αὐτὸν ἐνδημίαν ἐνέκοπτε, δόξης ὑπερορῶν, τήν τε τοῦ συνοίσοντος ἐπίδοσιν Χοσρόῃ πραγματευόμενος· διενοεῖτο γὰρ ὡς οὐ δεῖ

11. πεφυκὼς Exc. κεκυφὼς IP.

omnia regia illi constituit, magnificamque comitantium catervam attribuit. die nona etiam Chosroes satrapam Myragdum vocabulo ad praesidium Martyropolim mittit, per quem fractas et abscissas res suas indicat, et monet uti urbem dedant, quando imperator magnanimus Persas bellicis viribus destitutos in amicitiam receperit. Bestamium vero, inter Persas virum honoratum, Andrabiganum in Armeniam ire morantesque illic Persas sibi subiicere iubet. et haec quidem palam acta sunt. (13) caeterum ut cercops, hoc est, homo fraudulentus ac veterator, et ingenio pravo, fallaciis agere palmarium ducens, et hospitalitatis legibus multam salutem dicens, benevolentiaeque salem pedibus conculcans, quinto die per certum hominem praesidiariis Martyropolim edictum mittit, uti urbem summo studio et quam diligentissime custodiant, quaeque palam ipsis mandaverit, ea non curent. nequam est genus Persicum, cui vita dolus et iactantia inde usque a prima origine. interea dum reditus in regnum differtur, ad Romanorum imperatorem proficisci aggreditur. cuius voluntate cognita, Mauricius litteris imperatoriis eum venire prohibet, honorem suum in eo negligens et commodis Chosroae adaugendis prospiciens. sic enim statuebat, non oportere illum longius

1. Varamus Romanorum gratiae benevolentiaeque repulsam passus, coactis primoribus communicatoque de praesenti rerum statu consilio, duces e nobilioribus animi fortitudine excellentes legit, ut cura et providentia rebus suis integris Chosroae occurreret. ad castellum igitur Anathan prope Circesium iuxta Euphratem situm Miradurinem cum agmine expedito, Zadespraten, qui nuper adeo Pherochanis signa secutus fuerat, Nisibim et in Arabiam finitimam mittit. Zadesprates itaque Babylonia digressus Solchani super adventu suo Nisibim significat. Solchanes ubi Zadespratae insolentiam et iactantiam cognovit, postridie concilio convocato, ut in consessu, quid petitum advenissent, omni timore deposito eloquerentur, nuntiis imperat. illi dicto audientes mandata exponunt. turbatur conventus, universisque Varamum maledictis lacerantibus, Solchanes nuntios foede pulsatos et opprobriis affectos, insuper artissimis vinculis misere constrictos, ad Chosroen mittit; a quo etiam atque etiam rogatur, promissisque allicitur, uti de internuntiis bene pro-

τείας τοῦ τυράννου μορμολυττόμενος. εἰσῆλθε τοίνυν αὐτὸν δεισιδαιμονία ὁσίας θρησκείας τινός, καὶ πάλιν πρὸς τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν τὸν νοῦν μετεκόμισε, καὶ ἠντιβόλει τὸν ἀοίδιμον ἐν μάρτυσι Σέργιον, ὃν καὶ τὰ νομαδικὰ πρεσβεύειν ἔθνη εἰώθασι, συλλαμβάνειν τῶν πόνων αὐτῷ. ἀπαρχάς τε τροπαίων καθυπισχνεῖτο D προσφέρεσθαι, τοῦ κυριακοῦ πάθους τὸ ἐπίσημον σήμαντρον (σταυρὸς δὲ τοῦτο ἀναγορεύεται), τεκτονεύεσθαί τε τοῦτον χρυσήλατον, μαργαρίτην τε περιβαλεῖν αὐτῷ καὶ τῶν Ἰνδικῶν λίθων τοὺς διαυγεῖς· εὐσεβέστερον γὰρ ποτνιώμενον ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ὁ καιρὸς αὐτὸν ἐξειργάζετο. ἀτὰρ ὁ Σολχάνης ἀξιαφηγητικώτατον καὶ παράδοξον ἔδρασεν ἐγχείρημα, βουλῆς τε ἀλκῇ τὸν ἀντιστράτηγον διεχρήσατο. Ῥοσᾶν γὰρ τὸν καὶ Ὁρμίσδαν παρὰ τῷ Περσικῷ οὕτω καλούμενον ἱππικῇ περιφράξας ἰσχύϊ P 121 κατὰ τῆς ἀντιστρατευσαμένης πληθύος ἐξέπεμπε. μάλιστα δὲ τῷ Ῥοσᾷ ὑπετίθετο δόλῳ τὰς ἐκβάσεις ἐπιτρέψαι τῆς ἐγχειρήσεως. ὁ μὲν οὖν Ῥοσᾶς ταῖς ὑποθήκαις τοῦ Σολχάνου μετ' ἐπιμελείας ἑπόμενος ἐχώρει πρὸς τὸ πολέμιον. δευτέρᾳ δ' ἡμέρᾳ ὁ Ζαδεσπράτης ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Χαρχὰς παραγίνεται (κώμη δ' αὕτη παμφορωτάτη ὁμοῦ καὶ πολύανδρος), καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης ἐχόμενα ταύτης ἠγραύλιζεν. ὑποτοπάσας δ' οὗτος πολεμίαν ὄψιν, μή που ἐξαπιναίως αὐτῷ συγκυρήσειε, τῆς περὶ τῷ σῶμα φρουρᾶς προμηθίαν ἐτίθετο. οὐκοῦν ἐν τῷ πύργῳ τῷ ἀνὰ τὸν χῶρον ἱδρυμένῳ καὶ ἐκ λογάδων λίθων κεκτημένῳ τὴν σύνθεσιν τῇ δοκήσει κατεπαννυχίζετο τῆς δειλίας ἀπόκοιτος. ὁ τοίνυν B

videat. ipse angore et tyranni metu plenus, animum deiicitur, tandemque religiose in cuiusdam pietatis cogitationem ingreditur, iterumque ad deum principem rerum omnium sese convertit, ac venerandum Sergium martyrem, quem colere etiam barbarae nationes consueverant, suppliciter rogitat uti laboribus ac miseriis suis ne desit: se illi dominicae passionis illustre monumentum, crucem, inquam, ex auro puro confectam et margaritis pellucidisque ex India lapillis variatam, victoriae suae primitias oblaturum. ita illum necessitas pie orare obtestarique docuerat. caeterum Solchanes admiratione, et memoria dignissimum facinus effecit, valentique consilio ducem adversarium e medio sustulit. Rosam quippe, alio nomine Hormisdam Persis, cum equestri robore contra infestam adventantium manum emittens, auctor Rosae fuit ut dolo et insidiis rem transigeret. Rosas Solchanis auctoritati studiose parens in hostem tendit. die sequenti Zadesprates Charchas, vicum omne genus fructuum efferentem et incolis frequentissimum, venit, et nocte proxima in eius agro manet, constitutis circum se diligenter custodibus, ne forte improviso, quod formidabat, ab hostibus appeteretur. erat ibidem munitio electo constructa lapide, in qua citra timorem totam noctem cubare se

Ῥοσᾶς οὐ πόῤῥω στρατηγοῦ ἀφικόμενος, ἐπεὶ διεγίνωσκε τὸν χῶρον ὅπου δὴ οὗτος πάννυχος κατηυνάζετο, ποδηγὸν δεξάμενος ἐς τὸ πρόσω ἐβάδιζεν. ἐπεὶ δὲ τῷ ἐχυρώματι προσεπέλασε, προθέειν προσέταττέ τινα τῆς δυνάμεως, λέξοντα τῷ στρατηγῷ ὑπὸ Βαρὰμ ἔσεσθαι ἄγγελον, καὶ ἐπίθετον αὐτῷ ἐπιφέρεσθαι δύναμιν. ὁ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ ὡσανεὶ φρούριον γεγονὼς μεσούσης νυκτός, τῇ πατρίῳ φωνῇ τοὺς περιφρουροῦντας φενακισάμενος, ἠξίου τῷ στρατηγῷ δι' αὐτῶν περιηχηθῆναι τὸ ἄκουσμα. ἐπί-
C
V 220 χαρι τοίνυν οἱ δείλαιοι τὴν ἐπαγγελίαν δεξάμενοι μεταπορθμεύουσιν ἐπὶ τὸν Ζαδεσπράτην τὸν λόγον, ὡς οἷα δὴ περὶ δεξιοῦ τινὸς καὶ συντονίας ἀξίου κατεπειγόμενοι. ὁ μὲν οὖν Ζαδεσπράτης ἔτι ἔξοινος ὢν καὶ ἡμικραίπαλος, ὑπὸ τοῦ ὕπνου διακοπτόμενος θαῤῥεῖν ἔλεξε Πέρσαις, ἀταλαιπωρήτως τὸν λόγον εἰσοικισάμενος, καὶ τὴν πυλίδα τοῦ φρουρίου διανοῖξαι προστάττει. τοῦτό τοι καὶ γέγονεν αὐτῷ αὐτοσχέδιός τε καὶ αὐθαίρετος θάνατος, ἀφορμὴν τοῦ κινδύνου τὴν ἀφροσύνην κρατησάμενος. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Ῥοσᾶν εἰσρεύσαντες περὶ τὸ φρούριον τῇ μαχαίρᾳ τὴν παῤῥησίαν ἐδίδοσαν· ὁ δὲ στρατηγὸς τὸ ἀδόκητον θεασάμενος βάραθρον, ἐπὶ τέγους οἰκίσκου γενόμενος ἠξίου παρὰ τῶν ᾑρηκότων σωτηρίαν ἀρύσασθαι. ἐπεὶ δὲ διηπειλεῖτο πυρὶ τὸ δωμάτιον ἀφανίζεσθαι, ἀφικνεῖται πρὸς τὸ πολέμιον. τοίνυν τοῦτον καρατομήσαντες οἱ ἀντίπαλοι, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ φρουρίῳ λαφυραγωγησάμενοι, ἧκον παρὰ τὸν Σολχάνην τήν τε κεφα-

14. διανοίξας IP.

posse arbitrabatur. Rosas haud procul a Zadesprate distans, ut de loco, ubi ille per noctem consopitus iaceret, cognovit, duce accepto procedit. propior munitioni factus militem quendam praecurrere ac Zadespratem monere iubet, a Varamo supplementum affuturum et huius rei nuntium se advolare. miles media circiter nocte castellum attingens, patriaque lingua (Persica) custodes ludificans, rogat duci, quod a se audissent, indicari. infelices illi promissa cum voluptate accipientes, ad Zadespratem festinato, ut faustum aliquid et contentione dignum, audita perferunt. quin etiamtum madidus, et crapula nondum exhalata, somno excussus bonum habere animum Persas iubet, nuntiata laetus complectitur, castellique portulam reserari mandat. quod illi extemporalem et voluntariam quodammodo mortem, eius stultitia occasionem suppeditante, attulit. Rosae milites certatim irruentes gladiorum licentia saeviunt. Zadesprates inopinatum ante oculos cernens exitium, sub tectum domunculae confugiens, incolumitatem victores orabat. quibus aediculam incendio se consumpturos minantibus, descendit, capite truncatur: diri-

λὴν τοῦ Ζαδεσπράτου ἐπιφερόμενοι καὶ ὅσα ἡ τύχη τῷ δούλῳ δέδωκεν ἐγκολπώσασθαι.

2. Ὁ μὲν οὖν Σολχάνης τοῖς προαυλίοις τῶν φροντίδων P 122 καταγαυρούμενος εἰς τὴν Κωνσταντῖναν Χοσρόῃ ἐξέπεμπε τήν τε κεφαλὴν τοῦ ἀντιμάχου στρατηγοῦ τόν τε πλοῦτον ὃν ἀπραγματεύτως τὰ τῆς εὐβουλίας ἐσκύλευσεν. ὁ μὲν οὖν Χοσρόης τῶν ἀπαισίων ἐλπίδων μετανάστης γενόμενος τῇ ἀθυμίᾳ διαζύγιον δίδωσι, καὶ πρὸς τὸ δεξιώτερον τὰς ἐκβάσεις τῶν ἐσομένων ἀντιμετέβαλλεν. ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις καὶ οἱ κατὰ τὸ Ἀνάθων ὑπὸ τοῦ Βαρὰμ ἐκπεμφθέντες ἐπανίστανται καὶ ἀναιροῦσι τὸν B ἡγεμόνα, τήν τε τούτου κεφαλὴν παρὰ τὸν Χοσρόην ἐξέπεμπον. ὅτε γοῦν ὁ Χοσρόης τούτων δῆτα τῶν ἀνδραγαθημάτων τὴν συμφωνίαν στέφουσαν αὐτὸν ἐθεάσατο, ἐκ τῶν ἤδη φθασάντων ἐνέχυρον τῶν ἐσομένων λαβών, ὡμολόγει μέγιστον εἶναι ἁπάντων θεὸν τὸν παρὰ Ῥωμαίοις Χριστὸν θρησκευόμενον καὶ τιμώμενον, καὶ ἀπυλώτῳ τῷ στόματι τὴν πάλαι θρησκείαν ὠβέλιζε. δεκάτῃ C δὲ ἡμέρα, καὶ ἐς βασιλέα Μαυρίκιον τῶν ἑπομένων ἀρχόντων τινὰς μετεπέμπετο, καὶ τὴν τῶν παρηκολουθηκότων περιπέτειαν ἐνσημαίνεται, ἠξίου τε μελλήσεως ἐγκοπὴν ταῖς συμμαχικαῖς αὐτὸν ἐπιθεῖναι δυνάμεσι καὶ ὡς τάχιστα βοηθεῖν, τήν τε τῶν χρημάτων αὐτῷ παρὰ τοῦ βασιλέως γενέσθαι περιβολήν, ἰσχυριζόμενος τὴν οἰκείαν ἀπολαβόντα ἀρχὴν ἀντικαταβάλλειν Ῥωμαίοις τὸ δάνειον. ὁ δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ βασιλεὺς μετὰ τῆς συμμαχίας τῶν D ὅπλων καὶ τὴν τῶν χρημάτων αὐτοῦ μεγίστην ῥοπὴν ἐχαρίζετο. ὁ τοίνυν Χοσρόης χειρογραφήσας τὸ δάνεισμα καὶ ἐς Μαυρίκιον

piuntur omnia, et ad Solchanem reditur, simulque Zadespratae caput, et quaecunque fortuna servo in sinum dederat, apportantur.

2. Hisce curarum suarum prooemiis Solchanes se circumspiciens, et caput adversarii ducis et praedam nullo negotio, felici consilio acquisitam, Chosroae Constantinam mittit; qui a male ominato timore tristitiaque recedens, ad secundiora in posterum speranda incumbit. per eosdem dies Anathonum a Varamo missi similiter insurgunt, interfectoque duce caput eius Chosroae mittunt. qui ut horum facinorum consensione et convenientia sibi honorem parari animadvertit, ex praeteritis futurorum pignus capiens, deum qui a Romanis coleretur honorareturque, omnium esse potentissimum confitetur, atque ore libero veterem superstitionem condemnat. die decimo quosdam qui secum erant de proceribus ad Mauricium legat, fortunae suae mutatam faciem indicat, primo quoque tempore sibi opem ferri et pecuniam dari mutuam rogat, recuperato regno se id nomen Romanis soluturum confirmat. imperator Romanus praeterquam quod armis ei succurrit, etiam pecuniae numerum maximum largitur. ita Chosroes se argentum accepisse mutuum chiro-

ἀποστειλάμενος, τὸν πολυτάλαντον τῶν χρημάτων ἐκομίζετο πλοῦτον, καὶ τοῦτον κατακερματίσας ταῖς περὶ αὐτὸν Περσικαῖς κατέσπειρεν δυνάμεσιν. ὁ μὲν οὖν Γρηγόριος ὁ τῆς ἑῴας ἱεροσύνης προεστηκώς, τὴν Κωνσταντῖναν ἀπολιπών, πρὸς τὴν Ἀντιόχειαν μετεχώρησε. μετ' οὐ πολὺ δὲ τῷ Σαράμῃ ἐς βασιλέα γενέσθαι Χοσρόης προσέταττε, καθικετεύων τὸν Καίσαρα Κομεντίολον τῆς στρατηγικῆς ἐπιστασίας ἀποβαλεῖν, ὡς οἷα δὴ ὑπὸ τοῦ Κομεντιόλου προπηλακιζομένου, καὶ ταῖς ἀναβολαῖς τὰς ἐπικουρίας ὑποφθείροντος. ὁ τοίνυν Σαράμης κατὰ τὸ προστεταγμένον αὐτῷ ἐς Βυζάντιον ἀφικνεῖται, τήν τε πρεσβείαν διεξῆλθε τῷ αὐτοκράτορι. καὶ οὖν ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ βασιλεὺς ἀποστράτηγον τῆς ἐπὶ τὴν Περσίδα καθόδου Κομεντίολον ποιησάμενος, Ναρσῇ, ὃς τοῦ στρατηγοῦ ὑπασπιστὴς ἐτύγχανεν ὤν, τὴν ἡγεμονίαν ἐντίθησιν.

P 123 V 221 3. Ἦρος τοίνυν ἀρχομένου ὁ νεώτερος στρατηγὸς Χοσρόην παραλαβὼν (συνείπετο δ' αὐτῷ ὁ ἐν Μελιτηνῇ ἱερατεύων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὃν Δομετιανὸν ὁ λόγος ἐδήλωσεν) ἐπὶ τὸ Μάρδες μετεφοίτησε· πόλεως δὲ Δάρας ἀφεστήκει τὸ φρούριον παρασάγγας τρεῖς. οἱ μὲν οὖν περὶ τὴν Νίσιβιν τῆς Ἀραβίας, οἵ τε ἄλλοι δυνατώτατοι πάντες καὶ οἱ τῶν ταγμάτων ἡγούμενοι, ἀναγορεύουσι Χοσρόην βασιλέα, καὶ τῆς δημοσίας ἐνέχυρα συγγε- B νεῖς παρασχόμενοι προκατήρτιζον τὴν ἐς τὰ βασίλεια τῷ Χοσρόῃ ἐπάνοδον. ὁ μὲν οὖν τῶν Περσῶν βασιλεὺς τούτους ὑπὸ Ῥωμαίων περιφρουρεῖσθαι συνέταξε. ἀπάρας τοίνυν ἐντεῦθεν ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τὸ Δάρας ἐστρατοπέδευσεν. ὁ δὲ Χοσρόης τὰς

grapho testificatus, scripturam ad Mauricium misit, talentorumque multorum reportatas ab se divitias, minoribus permutatas numismatis, inter milites suos dispertivit. Gregorius patriarcha Antiochenus Constantina Antiochiam discessit. non diu post Chosroes Saramen ad imperatorem legavit oratum uti Comentiolo ducis munus abrogaret: quippe se illi esse ludibrio, ab eoque cunctando et differendo auxilii opportunitates corrumpi. Sarames iussa facessens Byzantium ivit, munus suum fungitur. imperator Comentiolum amplius in Persidem copias ducere vetat, Narsi eius satelliti eas partes imponit.

3. Primo itaque vere novus dux cum Chosroe, sequente Domitiano per id tempus Melitenes episcopo, ut ante diximus, Marden accedit, quod castellum ab urbe Dara tribus parasangis abest. qui igitur cum in Arabia prope Nisibim, tum alibi opibus plurimum pollebant, ad unum omnes, simulque ordinum ductores, Chosroen regem consalutant, ac pro re publica consanguineos obsidum loco opponentes ei ad regnum recipiendum viam muniunt. obsides rex custodiri a Romanis iussit. inde Narses ad oppidum Daram exercitum adducit. Chosroes Romanas copias

συμμαχικὰς δυνάμεις τῶν Ῥωμαίων θεώμενος κομώσας ἀλκῇ τοῖς τε ὅπλοις κατακοσμουμένας, ἐκθάμβων παρασκευῇ, πρὸς τὰς νεωτέρας μετεχώρει ἐλπίδας, μηδέν τι τοῦ πρεσβυτέρου πάθους τῷ λογισμῷ νοσφιζόμενος. εἰσήρρησε τοιγαροῦν πρὸς τὸ ἄστυ C ὁ βασιλεὺς ὁ βάρβαρος, καὶ ἐντεμενίζεται ἅμα τοῖς τειχίοις παρὰ τῷ περιφανεῖ τεμένει τῆς πόλεως, ἐν ᾧ Ῥωμαῖοι τὰ τῆς θρησκείας ἐτέλουν μυστήρια, λίαν κενταυρικῶς τε, καὶ ἐν ἐπισάλῳ τύχῃ τῶν πραγμάτων διακειμένων αὐτῷ. οἱ μὲν οὖν Δαρηνοὶ διηγανάκτουν ἐπὶ τῷ ἐγχειρήματι, Χοσρόου τοῦ πρεσβυτέρου ᾑρηκότος τὴν πόλιν καὶ μηδέν τι πρὸς ὕβριν τοῦ σεβάσματος ἐγχειρήσαντος. οὐκοῦν ὁ Δομετιανὸς τὴν βάρβαρον ὕβριν φέρειν D οὐκ ἔχων, τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν παλινδρομεῖν ἐπὶ Κωνσταντῖναν ἠπείλει. ἠτιμωμένος τοίνυν Χοσρόης ἐντεῦθεν, καὶ τῇ προπετείᾳ μὴ χάριν ὁμολογῶν, ὡς τὸν Δομετιανὸν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ ἐπιφανεστάτων ἐξέπεμπεν, ἔλεον αὐτὸν ἐξαιτούμενος τῷ μεταμέλῳ παρέχεσθαι. ὁ μὲν οὖν ἱερεὺς ὁπόσον ἔδει προπηλακίσας τὸν βάρβαρον, ἐπανῆκεν εἰς τὸ Δάρας ἐξοικίσας τοῦ τεμένους Χοσρόην. ἕκτη δὲ ἡμέρα, καὶ ὁ αὐτοκράτωρ λιθοκόλλητον ζώνην καὶ τιάραν βασιλικὴν κλίνας τε καὶ τραπέζας χρυσᾶς ἐς τὸ Δάρας τῷ Χοσρόῃ ἀπέστελλεν, πομπήν τε βασίλειον αὐτῷ συγκροτῶν ἐκ τῶν παρ' αὐτῷ δορυφόρων μεγαλοπρεπῶς μετεδίδου, ὅπως μὴ βασιλικῆς χηρεύων συντάξεως εὐκαταφρόνητος εἴη Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις. περιεστοιχίζετο γοῦν πάντοθεν βασιλικῇ δορυφορίᾳ Χοσρόης, ὁπόσῃ νόμος Ῥωμαίοις αὐτοκρα-

2. an ἐκθάμβῳ?

viribus florentes et armis conspicuas cum apparatu stupendo cernens, in spes novas ingreditur, nec tamen prioris infortunii memoriam deponit. urbem itaque rex barbarus iniens, in templum magnificum, in quo Romani religionis mysteria obibant, admodum ferociter et contumeliose, adhuc necessitati subiectus, et rebus eius a fluctibus fortunae iactatis, armatus se infert. Dareni factum indignari, praesertim cum Chosroes senior capto oppido nihil ad iniuriam divini cultus molitus esset. quamobrem Domitianus barbaram insolentiam non sustinens, acceptis copiis Constantinam sese rediturum comminatur. Chosroes despectum se videns, mutationemque istam parum gratam habens, ad Domitianum quosdam de nobilissimis suis mittit, qui nomini suo illi satisfacerent. episcopus barbaro quantum decuit ignominia multato, Daram revertitur ipsumque e templo eiicit. die sexto imperator balteum insertis gemmis, tiaram regiam, lectulos et mensas aureas Daram illi transmittit, comitatumque regium ei conficit, et de suis doryphoris nonnullos honoris causa adiungit, ne regio destitutus satellitio Romanis iuxta Persisque vilesceret. stipabant igitur eum undique regii satellites, quo pacto Romanis impera-

τορικὰ σκῆπτρα γεραίρεσθαι. ὁρῶντες γοῦν οἱ Μῆδοι ὁπόση
P 124 τῷ Χοσρόῃ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ῥώμη περιεκέχυτο, τὴν γνώμην μεταναστευσάμενοι, χαίρειν φράσαντες τῇ τυραννίδι προσεχώρουν Χοσρόῃ. καὶ τοῦ μὲν Βαρὰμ ὁσημέραι τὸ συμμαχικὸν κατησθένει, τῷ δὲ Χοσρόῃ κατὰ νοῦν ἐχώρει τὰ πράγματα, καταλιπαινομένης αὐτῷ τῆς δυνάμεως. διανοεῖται γοῦν παραυτίκα Χοσρόης βασιλεῖ Μαυρικίῳ εὐνουστάτην πρᾶξιν ἐνδείξασθαι. διὸ ἐν βασιλικῇ διφθέρᾳ τὴν πόλιν Δάρας ὑπήκοον ἐγγράφεται προῖκα Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι, τόν τε Δολαβζὰν τὸν σατράπην, ἄνδρα ἀπόβλεπτον, ἐς Βυζάντιον στέλλει τὰς κλεῖς οἰσόμενον τοῦ πολίσματος τήν τε ἐν γράμμασι δωρεάν. ὁ μὲν οὖν πρέσβυς ἐπὶ τὸ βασίλειον ἄστυ γενόμενος παρεδίδου Ῥωμαίοις τὸ πόλισμα, καὶ ἐς λόγους πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἧκεν· ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦ Ῥωμαϊκοῦ δώροις βασιλικοῖς μεγαλύνας τὸν Δολαβζάν, τὴν τῶν προαπαγγελθέντων ὀχύρου καὶ αὖθις ὑπόσχεσιν, παῖδα Χοσρόην ἀποκαλῶν.

B 4. Ὁ δὲ Χοσρόης εἰς τὸ Σιγγάρων (Μηδικὸν δὲ τὸ ἄστυ)
V 222 τά τε γύναια καὶ τοὺς παῖδας κατησφαλίζετο· ἐχυρώτατον γὰρ τὸ ἄστυ καὶ ὑπὸ τῆς ἔριδος περιφρουρούμενον καὶ ἥκιστα τοῖς πολεμίοις ἁλωτόν, τῷ καταύχμῳ τῆς ὑδρεύσεως πεφυκὸς πρὸς πολιορκίαν ἀπρόσιτον. μετὰ τοῦτο Μεβόδῃ προστάττει, καὶ δισχιλίοις ἐκ τοῦ ὁπλιτικοῦ περιφράξας αὐτὸν διὰ τοῦ Σιγγάρων νομοθετεῖ ἐς τὰ βασίλεια εἰσβαλεῖν, τόν τε ὑπὸ τοῦ Βαρὰμ γε-
C νόμενον φύλακα τῶν ἀνακτόρων διαχρήσασθαι. ὁ δὲ τύραννος σὺν τοῖς Ῥωμαίων τάγμασιν ἐπιόντα Μεβόδην μεμαθηκώς, συν-

torem suum honorare mos est. intuentes Persae quam potentem imperator Chosroen reddidisset, a tyranno ad eius partes commutatis voluntatibus accedunt, et Varami exercitu quotidianis defectionibus imminuto, Chosroae adauctis copiis res ex sententia procedebat. mox quantam posset adversus Mauricium benevolentiam sibi declarandam statuens, in membrana regia Daram ei gratis transcribit, et Dolabzanum satrapam, virum illustrem, Byzantium cum clavibus oppidi instrumentoque donationis mittit. legatus in urbem imperantem profectus Romanis oppidum addidit; cum imperatore collocutus, ab eo pro imperatoria magnificentia muneribus cohonestatur. pactorum praeterea fidem imperator denuo confirmat, et Chosroen filium appellat.

4. Chosroes Singarum (Mediae seu Persidis urbs est) mulieres ac liberos suos securitatis causa transfert. est enim munitissima, et quia simul controversa, custodia nunquam vacat, minime hostibus expugnabilis, ac propter paludes informes obsessoribus inaccessa. post haec Mebodi dat negotium ut sumptis duobus armatorum millibus, per Singarum in regiam facto impetu, custodes Varami trucidet. tyrannus ut Mebodem cum Romanis cohortibus adventare comperit, coacto milite sui

ἀθροίσας τὸ μάχιμον ἐξεδίδου πρὸς πόλεμον. ὁ μὲν οὖν Μεβόδης δέει τῷ τοῦ βασιλέως προστάγματος πρὸς τὸ ἔργον ἐχώρει. θέρους δὲ ἀρχομένου καὶ τῆς πόας παχυνομένης ἀκμῇ, τὸ Δάρας καταλελοιπὼς ἅμα τῷ συμμαχικῷ ὁ Χοσρόης ἐς τὸ πρόσω ἐχώρει. ἐπεὶ δὲ πρὸς τῷ Ἀμμοδίων ἐγένοντο, τέταρσι καὶ δέκα διεστηκότι Δάρας, Δομετιανὸς ἅμα τοῖς ἡγεμόσι τὸ Ῥωμαϊκὸν D
συναθροίσας καὶ πρός τι βουνίον ἀνεὶς, τοῖςδε τοῖς λόγοις τὰς δυνάμεις κατήχει.

"Ὁ μὲν καιρὸς ὑμῖν μεγαλουργῶν ἀφορμὴν, ἄνδρες, τεκταίνεται, ὁ δὲ τρόπος δικαίαν ὑπόθεσιν. ὁ δὲ τόπος τὸ φιλοκίνδυνον ἐκζητεῖ· ἡ αἰτία τὴν εὐσέβειαν ἀπαγγέλλεται καὶ λύμην φιλοτύραννον ἀπαναίνεται. γίνεσθε γοῦν ἀξιόμαχοι· ἐς πολεμίαν γὰρ γῆν ἀναστρέφεσθε, ἐν ᾗ τὸ νικᾶν ὑπερένδοξον καὶ τὸ τῆς δευτέρας τύχης βαρὺ καὶ λεγόμενον. τοίνυν ἡ παράταξις εὐδοξίας ἔχει τὴν πρόφασιν μεγάλης καὶ ἐπιφανοῦς ἀπάρχεσθαι πράξεως. ἅπαντα γὰρ τὰ τῆς οἰκουμένης ἔθνη τὴν ὑμετέραν P 125
ἱστορίαν ταῖς διανοίαις ἐγγράφεται. ἐξάκουστον πέφυκε τὸ ἐγχείρημα. ὁ πόλεμος ἀξιόλογος, οἱ ἀγῶνες ἀθάνατοι. τὰ τρόπαια ταφῆς οὐ παραπέμπονται λήθης. οὐκοῦν πάντα παθεῖν λυσιτελὲς ἀγωνίσασθαι, ἢ προέσθαι μετὰ τῆς εὐκλείας τὰ σώματα. τοῦτο πέρας τῶν πόνων ἀριστεύοντες ἕξετε, αὕτη τῆς εἰρήνης ἡ πρόοδος. μὴ στερηθῆτε τοῦ βάλλεσθαι, ἵνα μὴ ζημιωθῆτε τοῦ σώζεσθαι. ἐνστερνίσασθε τὰς βολάς, ἵνα καὶ τοὺς

9. μεγαλουργιῶν malim. 19. an ταφῇ?

defendendi prodit. Mebodes mandati quod ab rege acceperat respectu, rem aggreditur. aestate autem ineunte et pratis etiamtum herbescentibus, relicta Dara Chosroes cum auxiliis ultra progreditur. postquam Ammodium stadiis quatuordecim Dara dissitum advenerunt, Domitianus conscenso colle, ad duces et milites huiuscemodi verba habuit.

"Tempus, milites, mirificam vobis occasionem conciliat. mores vestri idoneam pugnandi materiam, locus periculi despicientiam requirit; causa pietatem denuntiat exitiosamque tyrannidem respuit. dignos igitur certamine vos praebetote: nam in hostili regione versamini, in qua vincere sane quam gloriosum, vinci autem etiam dictu grave et odiosum est. habet ergo hic conflictus eximium quiddam et illustre incipiendo decus propositum, universae siquidem per orbem terrarum gentes, quae vos agitis, mentibus inscribunt. exauditum est quod facitis, bellum est magnum, certamina immortalia, tropaea nulla oblivione sepelientur. quare non cedere malis, sed contra audentiorem ire, aut cum nominis sui gloria proiicere corpus expedit. hunc strenue dimicantes finem laborum nanciscemini. hac via pax procedit. nolite plagas subterfugere, ne simul salutem fugiatis. adverso pectore iaculorum ictus excipite, ut

θριάμβους ἐναγκαλίσησθε. μηδεὶς προσδέξηται νώτειον μώλωπα· οὐκ οἶδε τὰ μετάφρενα νίκην θεάσασθαι. ἐνοῦσθε ταῖς ψυχαῖς ἢ τοῖς σώμασι συμπλεκόμενοι, κοινωνοὶ τῶν πόνων ἀλλ'
B οὐ τῆς δειλίας γινόμενοι. ἀποκήρυκτος ἔστω ὁ μὴ τὰ πρεσβεῖα τῶν κινδύνων ἀράμενος. τῆς νίκης θανατῶντες ὀρέγεσθε. τραύμασι καὶ βολαῖς ἐξωνοῦνται τὰ τρόπαια. οὐδὲν ἐπίδοξον ἡ ῥαθυμία πορίζεται. οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἐνυαλίου θανάτου γλυκύτερον. εἰ γὰρ γηράσκειν ἀσύμφορον καὶ νόσων μαρασμοῖς καταβάλλεσθαι, πάντως που μετὰ τῆς ἥβης τεθνάναι παραταττόμενον, ἐπιτάφιον δόξαν καρπούμενον, ὑμῖν τοῖς ἀριστεῦσι καταλληλότερον. οὐ γὰρ ἀπαθανατίζειν οἶδεν ἡ φύσις τοὺς ἀποδράσαντας. ἀναμορμολύττεται τὸ τῆς ψυχῆς γυμνοῦσθαι τὰ σώματα. οὐχ εὗρεν ὁ βίος τόπον ἀνώλεθρον. οὐδὲν τῶν τῆδε
C τῆς ἀνίας ἀλλότριον. ἅπαντα τῇ λύπῃ συμμέμικται. ἀνάγκη τις πολυτύραννος τὸν βίον οἰκονομεῖ τὸν ἀνθρώπινον. μὴ θαυμάσῃς προθεσμίαν μικρὰν ὅρον ζωῆς ἐκλιπαίνουσαν, καὶ μεγάλην ἀπ' αὐτῆς παρεχομένην ὑπόθεσιν, ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥαθυμίᾳ παρασκευάζουσαν, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τὰς πλανωμένας. ἀνδρεῖοι γίνεσθε τὰς ψυχάς, τὴν μεταβολὴν πραγμάτων ἀγάμενοι. ἥκει γὰρ παρ' ἡμῖν βασιλεὺς Βαβυλώνιος μετὰ τῆς Περσικῆς τύχης δουλαγωγούμενος, καὶ μονονουχὶ μετὰ τοῦ σώματος ἡμῖν καὶ τὸ κράτος ἀπέδοτο, εὐσέβειαν θρησκείας τὰ κορυφαῖα τῶν
V 223 ἐλπίδων τιθέμενος. οὐκ ἀσμενίζουσι Πέρσαι τὸ τύραννον. ἀπι-

triumphos quoque amplectamini. nullus vestrum sibi tergum concidi patiatur: ignota enim dorso est victoria. consociamini animis magis quam corporibus coniungimini, et laborum, non timiditatis tenete consortium. qui non summo sese discrimini obiectaverit, exauctoratus esto. victoriam moriendo concupiscite. ictibus et vulneribus tropaea comparantur. haud quidquam laude dignum desidia parit. nihil dulcius quam in acie mortem oppetere. si enim senectute premi et morborum tabe consumi est inutile, viris fortibus vobis adhuc aetate vivida in certamine occumbere et post funera celebrari omnino magis est consentaneum. nec enim fugitoribus immortalitatem dare natura potest, quae animis nudari corpora metuit. non est in hac vita locus quem mors aequo pede non pulset. nihil rerum humanarum moestitia et dolore vacat, quibus permista sunt omnia. vita nostra magna et crudeli necessitate regitur. ne diem ultimum aliquantum proferri et amplas inde rerum gerendarum occasiones offerri magnopere desiderate, cum et otio inertiaeque et vagis voluptatibus perfruendis inde facultas pateat. viriles praestate animos, et mutationem istam rerum admiremini. confugit enim ad vos rex Babylonius, cum potentia sua Persica in servitutem redactus, et cum corpore suo tantum non etiam regnum suum arbitrio potestatique vestrae commisit, in pietate sacrorum quae profitemur spe maxima sibi constituta. aver-

στων ἐπιβαίνει βωμῶν ὁ Βαράμ· οὐ γὰρ βασίλειον ἐπιφέρεται γένος. νόμοις τοιγαροῦν ὕβρεως τὴν κρηπῖδα τοῦ κράτους περιβαλόμενος D καταστασιασθήσεται θᾶττον· οὐ γὰρ οἶδε τὸ βίαιον ἀφιλόνεικον ἔχειν τὴν ὕπαρξιν. ταῦτα τοῖς τῆς καρδίας ταμείοις ἐναποτίθεσθε, γραφαῖς ἀτυπώτοις ἀπογραψάμενοι, καὶ μὴ διηχεῖσθε τοῦ λόγου τὸ καίριον εἰς ἀέρα διαλυόμενον, ἵνα μὴ τὴν αἰσχύνην τῆς ἀποτεύξεως λυπηροτέραν κληρώσησθε. ἔστω προπομπὸς ὑμῖν τῆς ἐκτάξεως ἀρχιστράτηγος κυρίου δυνάμεως, ὁ μονογενὴς παῖς τοῦ θεοῦ, ὁ πρὸ τῶν αἰώνων θεός, τὰς ἀποπειρατώσεις αἰσιωτέρας τῶν ἐλπίδων ὑμῖν παρεχόμενος."

5. Ὁπηνίκα οὖν ταῦτα τοῖς ὠσὶ τῶν δυνάμεων ἐνεβάλλετο P 126, θείας ἐπιπνοίας τινὸς τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐπεπλήρωτο ἄθροισμα, τήν τε προθυμίαν ἀνανταγωνίστῳ σθένει φραξάμενοι ἐπ' αὐτήν που λοιπὸν τὴν τελεσιουργὸν κατεβακχεύοντο πρᾶξιν χωρεῖν, σώφρονι μανίᾳ τινὶ ἐς συμπλοκὴν ἐξοιστρούμενοι· οἶδε γὰρ καὶ λόγων ἀλκὴ θανάτου καταφρονεῖν. τοίνυν ἀπάραντες ἐντεῦθεν εἰς τὸ πρόσω ἐχώρουν. ἡ δὲ φρουρὰ τῷ Χοσρόῃ ὑπὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ συνετέτακτο· οὐ γὰρ ἡ ἐπιχώριος τούτῳ ἀσφάλεια τὸ πιστὸν ἀνελάμβανεν. ὁ μὲν οὖν Δομετιανὸς ἐς τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν ἐπάνεισι, κυρώσας Ναρσῆν στρατηγὸν τοῦ πολεμικοῦ· B τὸ δὲ στρατόπεδον πλησίον Μύγδονος ποταμοῦ χάρακα διεγράψατο. ὁ δὲ Σαράμης προηγεῖτο τῆς στρατείας, τούς τε ἐπισιτισμοὺς ἐρανιζόμενος εἰς ὅσον ἀποχρῆν τράπεζαν τῷ συμμαχικῷ παρεσκεύαζεν. τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἐς τὸν Τίγριν αὐτὸν τὸ Ῥωμαϊ-

santur tyrannidem Persae. infido Varamus praesidio nititur, stirpe regia minime procreatus. quapropter ab insolentiae et iniuriae legibus imperium auspicatus, brevi seditionibus exagitabitur: nam ubi violentia, ibi res in tranquillo possideri non solet. haec in mentium vestrarum penetralibus litteris inaspectabilibus inscripta recondite; et quae opportune a me dicta sunt, ea in ventos diffundi ac dissipari ne permittite, ne dedecus et ignominiam ipsa frustratione tristiorem reportetis. unigenitus dei filius, ante saecula deus, princeps copiarum domini imperator, vos ad praelium deducat, exitumque spe ipsa faustiorem vobis largiatur."

5. Posteaquam haec milites Romani auribus hauserunt, divino pleni afflatu, alacritateque et animi robore invicto communiti, de caetero ad opus ipsum peragendum furebant, et sobria quadam insania quasi oestro perciti ad arma fervebant. potest enim contemptum huius lucis ingenerare etiam virilis et robusta oratio. ergo discedentes ultra pergunt. Chosroae indigenarum fidem suspectam habenti custodes de corpore Romanorum constituuntur. Domitianus Narse duce confirmato in Romanam ditionem regreditur. exercitus prope Mygdonum fluvium castrametatur. praecedit Sarames, conquisitoque commeatu mensam militi pro necessitudine parat. tertio die Romani Tigrim attingunt, exspectationeque Ro-

κὸν παραγίγνεται, καὶ τέως ἐς τὸ πρόσω φορᾶς ἀνεκόπτετο, τὰς ἐκ τῆς Ἀρμενίας Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις ἀπεκδεχόμενον. ὁ δὲ Χοσρόης χιλίους ἐκ τῆς περὶ αὐτὸν φρουρᾶς κοσμίως ἐκτάξας διαπεραιοῦσθαι αὐτοῖς τὸν ποταμὸν ἐγκελεύεται, καὶ ὅπως ἔχει C δυνάμεως ἡ ἀντικαθεστῶσα ἀνιχνεύεσθαι δύναμις. οἱ μὲν οὖν τὸν ποταμὸν διανηξάμενοι πρὸς τῷ Ζαβᾷ γίνονται ποταμῷ· ἀκηκοότες τε Βρυζάκιον οὐ πόρρω στρατοπεδεύεσθαι, ὃν ἐπὶ διασκοπῇ ὁ Βαρὰμ ἀπεστέλλετο τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπιφοιτήσεως σὺν δυνάμει πολλῇ, χωροῦσιν ἐς αὐτόν, καὶ ἀθρόως περὶ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἐπιστάντες, τοῦ πολέμου κρατήσαντες ἐζώγρησαν τὸν Βρυζάκιον, ὦτά τε καὶ ῥῖνα τῇ κοπίδι κατατεμόμε-D νοι ἐς βασιλέα Χοσρόην ἐξέπεμπον. ὁ δὲ Χοσρόης ἐπιδεξίου τῆς ἐπιβολῆς αὐτῷ γενομένης εἰς μέγα ἤρθη χαρᾶς· διεγνωκώς τε τὴν τῶν ἐναντίων διάνοιαν, παραθήγει τὸν τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως ἔξαρχον μὴ διαχεῖν τὸν καιρὸν παρεχόμενον αὐτοῖς δυσμαχωτάτην ἐπίτευξιν. διά τοι τοῦτο διαπορθμεύονται τὸν ῥοῦν αἱ δυνάμεις, καὶ τῷ Διναβαδών, οὕτω καλουμένῳ χώρῳ, τάφρῳ περιστοιχίζονται. ἔνθα δὴ Χοσρόης Ῥωμαίων τε καὶ Μήδων τοὺς ἡγεμόνας εἱστία. ἤδη δὲ τοῦ δείπνου μεσοῦντος ὁ Βρυζάκιος δέσμιος ἐς μέσον παράγεται, ῥῖνα καὶ ὦτα ἀνάπηρος. ὅτε δὲ παιγνίων τοῖς δαιτυμόσι παρανάλωμα γέγονε, ἐπιδείπνιον ὁ βασιλεὺς θέαν τοῖς δαιταλεῦσιν ὥσπερ ἀξιόλογον χαριζόμενος, τοῖς ὑπασπισταῖς τοῖς περὶ αὐτὸν ἀσήμῳ προστάξας θεσπίσματι, τῷ σχήματι τῆς χειρός, θανάτῳ τοῦτον ἐκδίδωσιν· P 127 οὐ γὰρ εὐωχουμένοις θέμις τοῖς Πέρσαις διαλαλεῖν. οἱ μὲν οὖν

23. πράξας IP.

manarum ex Armenia copiarum itinere tantisper desistunt. Chosroes de suis mille ad fluvium traiiciendum hostiumque consilia indaganda deligit. transmittunt, ad Zabam flumen veniunt, Bryzacium, quem Varamus ad Romanorum adventum speculatum miserat, non procul tendere comperiunt. valida vi in eum vadunt, confertimque circa primam noctis vigiliam adorti certamine vincunt, vivum capiunt, auribus et naso amputatis ad Chosroen regem mittunt. qui de impressionis successu gaudio ingenti effertur; perspectoque quid hostes cogitarent, ducem Romanum hortatur ne difficillimam victoriam, quam in manibus habeant, elabi sinat. itaque fluvium transeunt, loco Dinobodum dicto castra vallo fossaque communiunt. illic Chosroes Romanorum Persarumque tribunos epulo excipit. quo procedente Bryzacius vinctus auribusque et naribus abscissis introducitur, in quem ut convivae satis illuserunt, rex iis quasi quoddam postcoenium et insigne spectaculum exhibens, obscuriore mandato (gestu manus) stipatoribus interficiendum praecipit: Persis enim convivantibus

ἐκκεντήσαντες τὸν Βρυζάκιον ἀνεῖλον, ὡς προσετάχθησαν. ἀναμεμιγμένου τοίνυν τοῦ δείπνου καὶ αἵμασιν, ἀκροτελεύτιον ἡδονὴν τοῖς ἐγκλίτοις ὁ Χοσρόης παρείχετο· μύροις γὰρ αὐτοὺς κατομβρίσας, ἀναδήσας τε στεφάνους τοῖς ἄνθεσιν, ἐπινίκιον πίνειν ἐκέλευεν. οἱ μὲν οὖν τότε ἱλαρυνθέντες ἐπὶ τῇ πανδαισίᾳ V 224
εἰς τὰς ἑαυτῶν σκηνὰς ἀπῄεσαν, ταῦτα δὴ διηγούμενοι ὅσαπερ αὐτοῖς ἑστιωμένοις ἀπήντησε, καὶ ἦν Βρυζάκιος τῶν τοῦ λόγου μελῶν τὸ ἐπίσημον.

6. Τῇ δὲ ἐσαύριον βασιλεὺς Χοσρόης τό τε συμμαχικὸν B
τὸν Ζαβᾶν ποταμὸν διεπεραιώσατο. Μεβόδης δὲ ὁ Πέρσης ὁ ἐς τὸ Συγγάρων σταλεὶς τῇ Βαβυλωνίᾳ προσέβαλλεν, καὶ ἄγχιστα τῶν βασιλείων γενόμενος τῷ ἐφεστηκότι τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου ἐξέπεμπεν ἄγγελον, μεγάλην ἐπισιτισμοῦ παρασκευὴν αὐτὸν ἀπεργάσασθαι, χρημάτων τε ἐπιδόσεις ἱκανὰς καταθεῖναι, πλήθη πολλὰ συμμαχικῶν αὐτῷ συρρευσάντων δυνάμεων, εἶναί τε θάνατον τῆς ῥαθυμίας ζημίαν. ὁ μὲν οὖν τοῦ πρυτανείου C
τὴν φροντίδα περιβαλλόμενος ἐπιδεικνύει τοῦ Μεβόδου τὰ γράμματα τῷ ἐπιστατεῖν τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ἐς τὰ βασίλεια ὑπὸ τοῦ Βαράμ καταλειφθέντι. ὁ δὲ καταπλαγεὶς τὴν ψυχήν, μεσούσης νυκτὸς τὸ περὶ αὐτὸν στρατιωτικὸν συναγείρας, εἰς τὴν Κτησιφῶντα χωρεῖ, καταλιπὼν τὴν Σελεύκειαν. λέγεται δὲ τὴν Σελεύκειαν τὸν ἐπίκλην Νικάνορα Σέλευκον μέσον τοῖν δυοῖν ποταμοῖν οἰκοδομήσασθαι, ὧν ὁ μὲν Τίγρις ἐπὶ τὴν Περσικὴν D
θάλατταν ἔγχυτός ἐστιν ὅλῳ τῷ ῥεύματι, ὁ δὲ Εὐφράτης περὶ τουτονὶ τὸν χῶρον γινόμενος διατέμνεται τρίχα, τό τε οἰκεῖον

loqui nefas est. illi, ut iussi, Bryzacium confodiendo perimunt. ita coena etiam sanguine commista, summam accumbentibus iucunditatem Chosroes praebuit. unguentis namque perfusos et floribus coronatos, victoriam gratulantes iubebat bibere. qui tam lautis epulis hilarati in tabernacula sua digrediuntur, quae inter epulandum accidissent memorantes; eratque Bryzacius narrationis caput.

6. Luce altera Chosroes auxilia Zabam fluvium transducit. Mebodes Persa Singarum missus Babyloniam invadit, iuxtaque regiam consistens praefecto regalis prytanei per certum hominem mandat, uti sibi commeatum largiter ministret nec modicam insuper pecuniam numeret, cum magna ad se auxilia confluxerint: tarditatem morte luiturum. curator prytanei litteras Mebodis ei demonstrat, quem Varamus thesauris custodiendis in regia reliquerat. is perculsus animo nocte intempesta, coactis quos habebat militibus, dimissa Seleucia (quae et Babylonia) Ctesiphontem transfugit. fertur Seleuciam Seleucum cognomento Nicanorem aedificasse, inter duo flumina, quorum alterum Tigris in mare Persicum pleno alveo exoneratur, alterum Euphrates, qui in eam regio-

ὄνομα ἀποβάλλει καὶ διαφόροις προσηγορίαις ὀνομάζεται. τούτου ἡ μὲν μία ἀπόρροια διώρυξι μεγάλαις καὶ τάφροις κατακερματιζομένη πως ἀφανίζεται· τοῦτό τοι καὶ πάμφορον αὐτὴν ἐκείνην τὴν γῆν ἀπεργάζεται. ὁ δὲ ἕτερος ἀπορρὼξ εἰς τὴν Βαβυλωνίαν προχέεται, καὶ τὰ τῆς Ἀσσυρίας ἕλη περιλιμνάζει διαπειρόμενος. ἡ δὲ τρίτη διαρρεῖ τῆς Σελευκείας ἐχόμενα, καὶ εἰς τὸν Τίγριν εἰσβάλλει, καὶ δίδωσι τῷ πολίσματι δυσμαχωτάτην ἀσφάλειαν, ταῖς λαγόσι τῶν ὑδάτων ὥσπερ στεφάνῃ ἕρκους τινὸς τὸ ἄστυ κατοχυρώσασα. ἡμέρα δὲ δευτέρα, καὶ ὁ Μεβόδης ἄφρακτον ἀκηκοὼς τὴν Σελεύκειαν προσβάλλει ταύτῃ νυκτός, προστάξας τοῖς Ῥωμαίοις τῇ πατρίῳ φωνῇ ἀλαλάζειν τε καὶ δια-
P 128 λέγεσθαι, παίειν τε τῷ ξίφει εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε τὸν ἐντυγχάνοντα. οἱ μὲν οὖν περὶ τὴν Σελεύκειαν καταπεπτωκότες τῷ φόβῳ ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τῷ Μεβόδῃ τὴν πόλιν παρέδοσαν. ἐντεῦθεν θορύβου ἐξαισίου ἐπιδημήσαντος ὡς καὶ τῇ Κτησιφῶντι μεταδοῦναι τῆς καταπλήξεως, λόγος εἰσήρρησε τοῖς τὴν γείτονα πόλιν οἰκοῦσι βαρβάροις ὡς Σελεύκεια ἥλω ὑπὸ πλήθυος Ῥωμαϊκῆς. πάντων τοίνυν ὑπὸ δέους εἰς ἓν ἐκκλησιασθέντων, ἐδογματίζετο
B αὐτοβοεὶ παραδώσειν Ῥωμαίοις. ὁ μὲν οὖν καὶ τὴν αὐτόθι ἀπολιπὼν καταφυγὴν εἰς τὴν πέλας Ἀντιόχειαν ἀφικνεῖται, ἣν Χοσρόης ὁ Καβάδου ὁπηνίκα τὴν Ἀντιόχειαν τὴν πρὸς τῇ Συρίᾳ ᾕρει ᾠκοδομήσατο, καὶ τὸν ἐκεῖσε λαὸν ἐν ταύτῃ που μετεφύτευσεν. ὁ δὲ Μεβόδης τὴν Κτησιφῶντα καταλαβὼν τῶν βασιλείων θησαυρῶν ἐτίθετο πρόνοιαν, τόν τε Χοσρόην, ὡς ἐνῆν, βασιλέα

nem delatus trifariam dividitur, amissoque proprio nomine diversis appellatur. huius brachium unum magnis fossis et scrobibus intercisum quodammodo evanescit; atque idem regionem illam omni genere fructuum fecundat. brachium alterum Babyloniam currit, et Assyriae paludes stagnis dispertitum alluit. tertium continentes Seleuciae campos influit, et Tigridi commiscetur, facitque urbem expugnatu difficillimam, aquarum suarum altitudine ceu septo quodam coronatam muniens. postridie Mebodes Seleuciam non custodiri animadvertens noctu irruit, iussis Romanis patria lingua clamores et voces laetabundas edere, et obvios quosque indiscriminatim gladio ferire. Seleucienses pavore consternati summa benevolentia urbem Mebodi dedunt. inde trepidatione ac tumultu immenso pervagante, quo et Ctesiphon urbs vicina barbarorum concussa est, sermo ibidem percrebuit Seleuciam a Romanis cohortibus occupatam esse. omnibus itaque prae timore in unum coeuntibus, urbem Romanis illico tradendam placuit. Mebodes eo discedere supersedens in fines Antiochiae venit, quam urbem Chosroes Cabadae filius capta Antiochia in Syria aedificavit, et ex illa in hanc coloniam deduxit. ac Ctesiphonte recepta thesaurorum regiorum curam gerebat, Chosroenque,

ἀνηγόρευέ τε καὶ διεκήρυττεν. ἡ δὲ Κτησιφῶν μέγιστα βασίλεια τῇ Περσίδι καθέστηκε. λέγεται δὲ Ἰουστινιανὸν τὸν αὐτοκράτορα λίθον Ἑλληνικὴν Χοσρόῃ τῷ Καβάδου παρέχεσθαι, C τούς τε περὶ τὴν οἰκοδομίαν δεινοὺς τέκτονάς τε ὀρόφων ἀγχίνους, καὶ βασίλεια δείμασθαι τῷ Χοσρόῃ τέχνῃ Ῥωμαϊκῇ, οὐ πόρρω τῆς Κτησιφῶντος τὴν ἵδρυσιν ἔχοντα. οἱ μὲν οὖν τὴν Βαβυλωνίαν κατοικοῦντες βάρβαροι τῆς μεταβολῆς ὀρεγόμενοι τὰ Χοσρόου φρονεῖν προετίμησαν· ὁ δὲ Μεβόδης ἐς Ἀντιόχειαν τὴν Περσῶν πυκτίον ἐξέπεμπε γραμμάτων Ῥωμαϊκῶν. ἡ δὲ δέλτος εἶχεν ἐπὶ λέξεως τάδε· καλὸν γὰρ οἶμαι καὶ αὐτῆς τῆς συνθήκης τῶν ῥημάτων τὴν ἔκθεσιν, ὡς ἔχει φύσεως, προσενέγκασθαι. (7) "Ῥωμαῖοι πιστοὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν τοῖς D V 225 τὴν Ἀντιόχειαν τῆς Περσίδος χαίρειν. οὔτε βασιλέως κελεύσεσι πειθόμενοι τὸν τοιοῦτον κάματον κατεδεξάμεθα· ἀλλ' ἵνα ἐν ταλαιπωρίᾳ γηράσαντας ὑμᾶς καὶ τῆς κοιλίας τῆς Περσίδος διασώσωμεν, ἤλθομεν εἰς ταύτην τὴν γῆν. ἵνα οὖν καὶ ὁ σκοπὸς ὁ ἡμέτερος πέρας ἀπολάβῃ καὶ ἡ ὑμετέρα ἀδελφὴ ἐπιθυμία εἰς χαρὰν καταντήσῃ, τοὺς προσφυγόντας εἰς Ἀντιόχειαν τὴν πόλιν τὴν αὐτόθι ἔκδοτε ἡμῖν, καὶ τοὺς φρουροῦντας τὰ Βαράμ. θέλομεν γὰρ ὑμᾶς ἐπίστασθαι ὅτι ἐὰν τούτου τοῦ κεφαλαίου παραμελήσητε, οὐκ ἔχετε τῷ ἀποτελέσματι εὐχαριστῆσαι." ταύτης γοῦν τῆς ἐπιστολῆς τοῖς τὴν Ἀντιόχειαν οἰκοῦσιν ἀποδοθείσης καὶ ἐς κοινὸν γενομένης γνωρίμου, εἰς ἓν ἦλθε τὸ πλῆθος τοῦ ἄστεος, καὶ τὸν ἄνδρα ξυλλαβόντες τοῖς παρὰ τοῦ Μεβόδου στα-

uti licebat, regem publice appellabat ac promulgabat. Ctesiphon porro sedes regum Persicorum maxima est. aiunt Iustinianum Augustum Chosroae Cabadae filio lapidem Graecum et peritos architectos ac fabros camerarum industrios sollertesque curavisse, et Romanorum in morem regiam illi non procul Ctesiphonte construxisse. ergo Babylonii, novarum rerum cupidi, a Chosroe stare maluerunt. Mebodes Antiochiam Persarum tabellam litteris Romanis conscriptam mittit, in qua ad verbum haec inerant. recte enim facturum opinor, si eum ipsum verborum contextum, ut per se habet, inseruero. (7) "Romani fideles in Christo Iesu domino nostro, civibus Antiochiae Persidis salutem. non ut imperatori praecipienti obediremus, hunc laborem suscepimus, sed ut vos in aerumna consenescentes a Persidis sentina liberaremus, in hanc regionem venimus. quare ut proposito nostro eventus respondeat et vos eadem cupientes gaudere possitis, in urbem vestram perfugas et fautores Varami nobis dedite. hoc si neglexeritis, scitote vos non habituros cur propter eventum gratias agatis." hac epistola Antiochensibus reddita publiceque recitata, populus concursu facto ducem et Varami studiosos comprehendit et a Mebode missis tradit. Mebodes ad unguem consiliis

λεῖσι παραδεδώκασιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἡδονῇ τὰ Βαρὰμ
ἀσμενίζοντας. ὁ δὲ Μεβόδης ἐξ ἐπιλέπτου τὰ τῶν ἀντιπάλων
P 129 ὑπὸ τῶν δημίων μεμαθηκώς, αἰκισάμενος τούτων τὸν ἔξαρχον
τήν τε ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα ἀποτομῇ λωβησάμενος ἐς τὸν Χοσρόην
παρέπεμπε, τοὺς δὲ λοιποὺς ῥομφαίας παρέδωκε στόματι. ἕκτῃ
δὲ ἡμέρα, καὶ πολλοὺς τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ἱκανῶς μετεσχηκότας τῶν
ὑπὸ τοῦ Βαρὰμ νεωτερισθέντων τῷ ἀκινάκῃ διώλεσε, θάνατον
ἐπιθεὶς ζημίαν αὐτοῖς. οὐκ ἀναξιόλογος γὰρ ἡ ὑπὸ τῶν Ἰου-
δαίων τῷ Βαρὰμ γεγονυῖα πρὸς τὴν τυραννίδα ῥοπή. πλῆθος
γὰρ τοῦ τοιούτου ἔθνους πλούτῳ κατάκομον τὸ τηνικαῦτα καιροῦ
τὴν Περσίδα κατῴκει. τῶν γὰρ Ἱεροσολύμων ὑπὸ Οὐεσπασια-
B νοῦ τοῦ αὐτοκράτορος ἁλόντων τοῦ τε ναοῦ ἐμπεπραμένου, ὀρ-
ρωδοῦντες πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν Ῥωμαίων ἀλκὴν ἐκ τῆς Πα-
λαιστίνης ὡς τοὺς Μήδους καὶ πρὸς τὴν ἀρχέγονον τιθήνην με-
ταναστεύουσιν, ἐξ ἧς ὁ προπάτωρ ἐτύγχανεν ὢν Ἀβραάμ. τὰ
τιμιώτατα τοίνυν οὗτοι ἐμπορευσάμενοι, καὶ τὴν ἐρυθρὰν δια-
περαιούμενοι θάλατταν, περιουσίας χρηματισθέντες μεγάλας
περιεβάλλοντο. ἐντεῦθεν καὶ πρὸς τὰς στάσεις καὶ τὰς Βαβυ-
λωνίας τῶν δήμων ἐκκαύσεις ἑτοιμότατα διωλίσθαινον· ἔστι γὰρ
πονηρὸν τὸ ἔθνος καὶ ἀπιστότατον, φιλοθόρυβόν τε καὶ τύραν-
C νον, καὶ φιλίας ἥκιστα μνημονικόν, ζηλότυπόν τε καὶ ὑποβά-
σκανον, καὶ ἐς ἔχθραν ἀμετάδοτόν τε καὶ ἀδιάλλακτον. τού-
τους οὖν ὁ Μεβόδης καταπολεμήσας ποικίλοις ὀλέθροις ἀπέδοτο.
ὅτε οὖν τῶν βασιλείων ἐκράτησεν, ἐκ τῶν τιμιωτέρων κόσμων

3. τὸν deest IP.

adversariorum ex ipso eorum duce per carnifices, quibus eum flagellandum subiecerat, exquisitis, naso et auribus praecisis deformatum ad Chosroen mittit, reliquos gladiis mactandos obiectat. die sexto multos item Iudaeos, novarum Varami molitionum magnopere participes, morte poenas reposcens ferro necat. nam quod Iudaei Varamo ad tyrannidem invadendam adiumentum praestabant, non erat contemnendum, cum ea gens per id tempus Persidem incolens divitiis affluеret, occupatis siquidem a Vespasiano imperatore Hierosolymis et templo concremato, plurimi de Iudaeis Romanorum potentiam metuentes, e Palaestina ad Medos Persasve transmigrantes ad primaevam nutricem suam solo mutato redierunt, ex qua antiquissimus eorum parens Abrahamus originem duxit. pretiosissima igitur quaeque secum auferentes, enavigato mari Erythraeo et magnis opibus acquisitis, inde etiam ad seditiones faciendas et Persicos populos novitatis amore incendendos facillime dilapsi sunt. est enim natio perversa, fidem minime colens, tumultus cupida, et tyrannica, amicitiae prorsus immemor, zelotypa et invida, et ob odium nihil condonans, et irreconciliabilis. hos igitur subactos Mebodes variis sup-

ἀναλεξάμενος τὰ κυριώτατα ἐς Χοσρόην ἐξέπεμπεν. οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Χοσρόην Ῥωμαῖοί τε καὶ Πέρσαι ἐν Ἀλεξανδριανοῖς, οὕτω καλουμένῳ χωρίῳ, τέσσαρσιν ἡμέραις ἀφίκοντο. τὴν δὲ προσηγορίαν ὁ χῶρος ἀπὸ τῶν πράξεων τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου κατεκληρώσατο· ὁ τοῦ Φιλίππου γὰρ ἐκεῖσε γενόμενος ἅμα τῇ Μακεδονικῇ δυνάμει τῇ τε Ἑλληνικῇ ξυμμαχίᾳ ἐρυμνότατον κατεσκάψατο φρούριον, τούς τε ἐν αὐτῷ βαρβάρους διώλεσεν.
(8) ἐκεῖθεν τοίνυν μεταφοιτήσαντες δευτέρᾳ ἡμέρᾳ Ῥωμαῖοί τε D V 226
καὶ Πέρσαι προσβάλλουσι κλίματι Χναιθὰς λεγομένῳ. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐπὶ πρώτην ἕω Ἰωάννης ὁ τῶν ἑῴων ταγμάτων ἡγούμενος Κομεντίολον ταγματάρχην τοῦ δεξιοῦ κέρατος τοῦ μαχίμου σὺν ἱππεῦσι χιλίοις προκαταληψόμενον ἐξέπεμπε τὴν διάβασιν τοῦ Ζαβᾶ ποταμοῦ. τούτου δὴ γεγονότος καὶ οἱ ἐπὶ κατασκοπῇ ὑπὸ τοῦ Βαρὰμ ἀποσταλέντες τὸ πραχθὲν διαγνόντες ἐπανῆκον εἰς τὸν Βαράμ, ταῦτα δήπου αὐτῷ διαγγέλλοντες. ἀτὰρ ὁ
Βαρὰμ τὴν μετ' ἐκείνην γέφυραν προκατασχεῖν ἐνεχείρει. ὑπέ- P 130
τρεφε δὲ τὰς ἐλπίδας τῷ θάρσει ὡς δὴ τῆς περὶ τὴν Ἀρμενίαν Ῥωμαϊκῆς στρατοπεδεύσεως διὰ τὴν δυσχωρίαν τῶν τόπων οὐχ οἵας τε οὔσης συνάπτεσθαι ταῖς ἑῴαις τῶν Ῥωμαίων δυνάμεσι. τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ ὁ Ναρσῆς ἄνδρας ἑλὼν ἐπὶ κατασκοπῇ ὑπὸ τοῦ Βαρὰμ ἐκπεμφθέντας, καὶ μάστιξιν ὡς ἐνῆν ἀνετάσας, διέγνω ὅπως ἔχει τὸ πολέμιον γνώμης. καὶ δῆτα ἀποχρῶσαν παρέχεται δύναμιν Ῥουφίνῳ τῷ συστρατήγῳ, εἶτα προστάττει τὰς ἑτέρας οἰκειώσασθαι διαβάσεις. τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὸς ἐπιγενομένης πρώτῃ παραφυλακῇ ἀπάρας ὁ στρατηγὸς γίνεται τῶν

pliciis consumpsit, potitusque regia ex ornamentis sumptuosioribus praecipua delegit, quae Chosroae transmisit. itaque Chosroen sequentes Romani atque Persae Alexandriana (loci nomen est) quatriduo pervenerunt, quod ei nominis Alexandri Macedonis Philippi filii factum indidit, qui illic cum Macedonicis copiis et auxiliis Graecis castellum firmissimum evertit et incolas barbaros peremit. (8) inde transgressi die altero in regionem Chnaethas nuncupatam feruntur. postridie sub primam lucem Ioannes Orientalium legionum dux Comentiolum dextri cornu praefectum cum mille equitibus ad antecapiendum Zabae fluminis transitum mittit. quod ubi speculatores a Varamo missi conspexerunt, istunc nuntium ad eum perferunt. qui die sequenti pontem infra praeoccupare contendit. spem illi audacia ex eo suggerebat, quod Romanorum exercitus in Armenia propter viarum difficultatem cum Orientalibus eorundem copiis sese coniungere nondum poterat. luce quarta Narses Varami speculatoribus captis, et flagris qua licuit examinatis, quid hostes meditarentur cognovit. itaque sufficienti manu Rufino collegae commissa transitus reliquos servare iubet. postridie prima vigilia noctis movens

B διαβάσεων κάτοχος, καὶ εἰσβάλλει εἰς τὴν τῶν Ἀνισηνῶν χώραν ἐξαπιναίως. ἡλίου δὲ μεσοῦντος οἱ τοῦ Βαρὰμ ταῦτα δὴ θεασάμενοι τῷ τυράννῳ ἐξεῖπον. ὁ δὲ διαμαρτὼν τοῦ σκοποῦ, πρὸς βορρᾶν τε καὶ ἕω τὰς δυνάμεις διέσχιζεν, ὅπως ὑποτέμῃ τὴν σύμμιξιν τῆς προσδοκῆς τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας δυνάμεως. ἤδη δὲ τοῦ Βαρὰμ συντονίᾳ τινὶ τὴν ὁδὸν διανύοντος καὶ εἴς τινα παρακειμένην λίμνην ἀφικομένου, συνέβη τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ἄγχιστα παραγενέσθαι. ἐπεὶ δὲ προεῖδον οἱ τῶν Ῥωμαίων σκοποὶ τὸν Βαράμου στρατόν, Ἰωάννῃ τῷ στρατηγῷ ἀπήγγελλον ἱππέων Περσικὰ στίφη ἰέναι πως κατ' αὐτῶν.
C ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης πρὸς ἔκταξιν τὰς δυνάμεις ἐκόσμησεν, ὁ δὲ Βινδόης τὴν Περσικὴν ἀνελάμβανε φάλαγγα· τῆς δὲ Ῥωμαϊκῆς συντάξεως ὁ στρατηγὸς Ἰωάννης ἡγεῖτο. ποταμοῦ δὲ διελομένου τόν τε Βαρὰμ καὶ τὰς περὶ τὸν Ἰωάννην δυνάμεις Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν, τὰ τῆς συμπλοκῆς αὐτοῖς ἀνεκόπτετο. δευτέρα δὲ ἡμέρα, καὶ πρὸς νότον ἐκκλίνει ἅμα τῷ Βινδόῃ τὰ Ῥωμαίων στρατεύματα. ὁ μὲν οὖν Ναρσῆς καὶ Χοσρόης ἐκ τῆς Ἀνισηνῶν χώρας ἀπάραντες εἰς τὸ πρόσω ἐχώρουν, καὶ γίνονται πλησίον κώμης τινὸς ἣν Σιραγανῶν οἱ ἐγχώριοι κατονομάζουσι. πέμπτῃ δὲ ἡμέρα, καὶ ὁ Ναρσῆς τὰς ἐπιθέτους δυνάμεις τὰς ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας Ῥωμαϊκὰς πλησιάζειν ἐγίνωσκε. διά τοι τοῦτο ἐπιστολεῖς πρὸς Ἰωάννην ἐξέπεμπε, καὶ παρεγγυᾷ τῷ στρατηγῷ ὡς οὐ δεῖ Πέρσαις συμπλέκεσθαι, πρὶν ἂν ἐς κοινὸν ἑκάτεραι δυνάμεις συναπτόμεναι τὴν ἀλκὴν ἀνανταγώνιστον σχοίησαν.

2. nonne μεσουρανοῦντος?

dux Narses, transituumque potens, in Anisenorum agrum nec opinato impressionem facit. ad meridiem Varamaei visa tyranno exponunt. qui frustra copias versus septentrionem et orientem dispertitur, quo exspectati Romanorum ex Armenia exercitus coniunctionem impediret. cumque itineri continenter instaret et ad lacum quendam deveniret, factum est ut qui ex Armenia veniebant, quam proxime accederent. Romanorum exploratores ut Varami copias praeviderunt, Ioannem ducem monent Persicorum equitum turmam ex adverso tendere. Ioannes ad conflictum militem instruit. Bindoes phalangem Persicam accipit: Romanos ordines Ioannes ducit. sed cum lacus in medio utrumque agmen divideret, ad manus conserendas veniri non potuit. luce proxime sequenti, duce Bindoe Romani ad meridiem declinant, Narses et Chosroes a regione Anisenorum ulterius progressi vicum quendam incolis Saraganum nominatum attingunt. die quinta etiam Narses addititias ex Armenia copias appropinquare cognoscit. quocirca ad Ioannem missis tabellariis hortatur ne certamen cum Persis ante misceat, quam utraeque copiae

(9) κατὰ τοῦτον δῆτα τὸν χῶρον αὐλιζομένῳ Χοσρόῃ οἱ παρὰ D τοῦ Μεβόδου σταλέντες ἧκον παρὰ τὸν βασιλέα, αἰσίων ἀφηγη- V 227 μάτων ἔχοντες διαγόρευσιν. ὁ μὲν οὖν τὰ ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας πραχθέντα διαγνοὺς τῷ Μεβόδῃ, τήν τε σκευὴν τὴν βασίλειον P 131 τὴν ἀπὸ τῆς Κτησιφῶντος δεδεγμένος σταλεῖσαν αὐτῷ, ἐπὶ τοῖς κατωρθωμένοις ἀναβρυνόμενος μεθ᾽ ἱλαρίας Ναρσῇ τε καὶ ταῖς Ῥωμαίων δυνάμεσιν ἐστηλίτευε τὴν ἐπίτευξιν. ἡμέρα δὲ πέμπτη, καὶ τρισὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν χρησάμενον χάραξιν τοῖς περὶ τὸν Ἰωάννην κοινοῦται συντάγμασιν. αἱ μὲν οὖν δυνάμεις ἐς κοινὸν συνελθοῦσαι μεγίστην τινὰ εὐρωστίαν ἀμοιβαίως σφίσιν αὐταῖς ἐδίδοσάν τε καὶ ἀντελάμβανον. λέγεται δὲ τὸν μὲν Χοσρόην ἅμα τῷ συμμαχικῷ τῶν ἑξήκοντα περαιτέρω ἐπιφέρεσθαι χιλιάδας μαχίμων, τὸν δὲ Βαρὰμ τεσσαράκοντα χιλιάσιν ὁπλιτικοῦ καττύειν τὸν πόλεμον. καὶ δὴ ὁ Βαρὰμ κλέψαι διενοεῖτο τὸν πόλε- B μον, ἐνάλλεσθαί τε νυκτὸς κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως. τῆς τοίνυν δυσφορίας τῶν τόπων κωλύμην τῇ ἐπιβουλῇ παρασχομένης, ἡλίου ἀνίσχοντος κατάδηλος Ῥωμαίοις ἐγίγνετο ὅ τε δόλος ἐς τὸ φανερὸν ὑπεξήγετο. τρίτῃ δὲ ἕῳ, καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Βαρὰμ πολεμησείοντες μετὰ βοῆς τε καὶ θορύβου ἐπῄεσαν, τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν ἡσυχίας εὐκοσμίᾳ καὶ τοῦ θρύλλου ἀμέτοχον διιθύνετο πρὸς παράταξιν. τῷ δὲ Βινδόῃ καὶ Σαράμῃ τοῖς στρατηγοῖς ὁ Ναρσῆς ἐχαλέπαινεν οὐχ οἵοις τε οὖσι τὰς περὶ αὐτοὺς δυνάμεις τῶν βαρβάρων κατευνάζειν πρὸς τὸ τῆς ἠρεμίας ἀθόλωτον. τοίνυν μετεδίδοσαν καὶ τῆς ἑαυτῶν εὐκοσμίας ταῖς συμμαχούσαις C τῶν βαρβάρων οἱ Ῥωμαῖοι δυνάμεσι, καὶ πείθουσι διακοσμῆσαι

16. immo δυσπορίας. 18. τρίτῃ δὲ ἕως usitatius.

consociatae robur inexpugnabile adipiscantur. (9) hoc in loco regi commoranti faustarum rerum nuntii a Mebode afferuntur. qui cognitis Babyloniae transactis, susceptoque apparatu regio a Ctesiphonte transmisso, bene gestis glorians, Narsi et Romanis militibus, quemadmodum sibi vota feliciter processerint, edisserit. quinta porro die Romani tribus dispertiti castris Ioannis agmini aggregantur, et iam in unum redacti exercitum animos dant et accipiunt invicem maximos. fama est Chosroen cum auxiliariis amplius sexaginta millia duxisse, Varamum quadraginta millia. caeterum Varamus dolo bellico per noctem Romanos cogitabat opprimere: sed locorum difficultate impeditum sol ortus cum insidiis prodidit, et fraus in aperto fuit. tertio die Varamaei praeliabundi cum clamore ac strepitu procedunt: Romani qua par erat quiete, et absque strepitu, ad praelium accinguntur. succensebat autem Bindoi et Saramae ducibus Narses, quod barbarorum, quas regebant, copias compescere et ad placidam quietem adigere non possent. quare de sua modestia cum sociis barbaris Romani communicant, et ut ordine in aciem

τάξει τὴν ἔκταξιν τῆς τε ἀλόγου ἀποσχέσθαι κλαγγῆς. τριττοῖς τοιγαροῦν τὸ Ῥωμαϊκὸν στίφεσι συνετέτακτο, καὶ τὸ μὲν μέσον ὁ Χοσρόης ὅ τε Ναρσῆς περιεβάλλοντο κέρας, τὸ δεξιὸν δὲ Μεβόδης καὶ Σαράμης οἱ Πέρσαι, τῆς Μηδικῆς ἐξηγούμενοι φάλαγγος, τὸ δὲ ἕτερον Ἰωάννης ὁ στρατηγός, τῆς τῶν Ἀρμενιῶν πληθύος ἐπιστατῶν. οὕτω δήπου καὶ τὸ ἀντίπαλον ἀντετέτακτο, καὶ τρισὶ συντάγμασι ταύτῃ διεκόσμησε. τὸ μὲν οὖν Ῥωμαϊκὸν σφαδάζον τῇ γνώμῃ ἀκατάσχετον ἦν ταῖς ὁρμαῖς, τὸ δὲ ἀντίπα- D λον τῷ σθένει καὶ τῷ πλήθει καὶ τῇ τάξει τῶν Ῥωμαίων καταπληττόμενον ἐπ' ὄρους ἀνάβασιν ἀνετέτραπτο. διά τοι τοῦτο πεντακόσιοι τῆς περὶ τὸν Βαρὰμ συμμορίας τὰ ὅπλα καταθέντες προσχωροῦσι Ῥωμαίοις. ὁ μὲν οὖν Χοσρόης ἄκων πεφυκὼς τῷ ἐγχειρήματι πρὸς τὸ ἄναντες παροτρύνει Ῥωμαίους χωρεῖν. Ῥωμαῖοι δὲ τοῦτο τοῖς τῆς ἀβουλίας κόλποις ἐναποθέμενοι, ὡς εἶχον συνέσεως, τῆς τακτικῆς ἁρμονίας ἔξω που μὴ διαθέοντες, δι' ἑτέρων ἀνεβάλλοντο πρὸς τὰ ὑψηλὰ τοῦ ὄρους χωρεῖν. οἱ δὲ βάρβαροι καταναγκασθέντες ὑπὸ τοῦ σφῶν αὐτῶν βασιλέως τῶν ἀλόγων κινδύνων ἐφήπτοντο, καὶ τοῦ ὄρους ἐπιβαίνειν θαρρήσαντες ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων καρτερῶς ἐξωθοῦντο. καὶ ἦν ἂν θάνατος μεγίστη ζημία τῷ ἐγχειρήματι, εἰ μὴ Ῥωμαῖοι τῆς διώξεως τοὺς βαρβάρους ἀπέπαυσαν, ἀντιμέτωπον αὐτοῖς ἐκταξάμενοι. ἡλίου δὲ δὴ πρὸς δυσμὰς κεκλικότος ὁ μὲν Βαράμης ἅμα τῇ συμμάχῳ δυνάμει ὡς τὸν χάρακα ἐπανέρχεται, ἐπὶ τοῖς οὕτω πραχθεῖσι ψυχαγωγούμενος, τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν ἐπὶ τὴν τάφρον γενόμενον τῆς ἀβουλίας κατηγόρει Χοσρόου.

digerantur absurdisque clamoribus temperent, persuadent. Romani itaque tripartito disponuntur. ac medium quidem Chosroes et Narses obtinent, dextrum Mebodes et Sarames Persae, qui Persicae phalangi praeerant, sinistrum Ioannes, Armeniae multitudini praepositus. ad eundem modum hostium agmen, triplici videlicet acie compositum est. Romani ira frementes cohibere impetum non poterant: at vero hostes viribus numero et ordine Romanorum obstupefacti in montem confugiunt. qua de causa quingenti de Varamaeis arma deponentes ad Romanorum partes transeunt. Chosroes facto stomachatus Romanos in arduum contendere hortatur. qui ut erant intelligentes, inconsultum id esse rati militari ordine conservato differebant, dum alii sublimia montis ascenderent. tum barbari (Persae) a suo ipsorum rege compulsi periculum rationis expers aggrediuntur, montemque ascendere ausi ab adversariis valide repelluntur; fuissetque ausui pretium maximum interitus, ni Romani a fronte oppositi barbaros insecutione prohibuissent. sub occasum solis Varamus re ita gesta delectatus cum suis in castra redit. Romani item intra vallum reversi Chosroen temeritatis accusant.

10. Ἐπεὶ δὲ ὁ Βαρὰμ διεγνώκει τὸ Ῥωμαϊκὸν ἔχον λίαν P 132 ὀξυπαθῶς ἐπὶ τοῖς ἔναγχος ὑπὸ Χοσρόου παρεστρατηγημένοις V 228 αὐτοῖς, τῆς τε συμπλοκῆς ἐφιέμενον ἀκρότατα, ὄρθριος γενόμενος λύει τὸν χάρακα, καὶ ἐκκλίνει πρὸς τὰ δύσχωρά τε καὶ ἀνάντη καὶ ἄφιππα. γίνονται γοῦν μετὰ τοῦτο ἐς τὸ πλησίον πεδίον καθήμενον, ἔνθα καὶ τὸ Κάνζακον καθίδρυται πόλισμα. μεταστρατοπεδευσάμενος δὲ καὶ ὁ Βαρὰμ ἐντεῦθεν ἐφ' ἕτερα τὰς δυνάμεις μετέβαλλεν, ἐκλύτους ἐντεῦθεν τῶν Ῥωμαίων τὰς ὁρμὰς τεκταινόμενος. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν μεταχώρησιν τοῦ Βαρὰμ B ἐγνωκότες συντόνῳ πορείᾳ ἄγχιστά που τῶν πολεμίων στρατοπεδεύονται. εἶτα προσβάλλουσι ποταμῷ τῷ Βαλαράθῳ, ἔνθα τὴν νύκτα ἐναυλισάμενοι ἡμέρας ἀφικομένης πεδίῳ εὐρεῖ προσωμίλησαν. οἱ μὲν οὖν στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων διακεκοσμηκότες τὰ μάχιμα, πολλῶν καὶ ἀγαθῶν εἰσηγήσεων τὸ ὁπλιτικὸν ἐμφορήσαντες, τῇ τριπλῇ φάλαγγι τὸν πόλεμον διεσκεύασαν. σύμβο- C λον δὲ οἱ Ῥωμαῖοι καὶ τοῖς συμμαχοῦσι βαρβάροις παρείχοντο τὴν τῆς θεομήτορος καὶ παρθένου προσηγορίαν διδάξαντες, ἵνα μὴ τῷ διακεκριμένῳ τοῦ γένους ὡς ἀντίπαλον τὸ συμμαχικὸν διαφθαρῶσι, τοῦ συγκεχυμένου τῆς συμπλοκῆς ἀδιάρθρωτον αὐτοῖς τῶν οἰκειοτάτων παρεχομένου τὴν δήλωσιν. καὶ παράδοξόν τι χρῆμα συνέβαινεν· ἐγίνετο γὰρ καὶ Χαλδαίοις τὸ τῆς Μαρίας σωτήριον ὄνομα. κατεκόσμει μὲν καὶ ὁ Βαρὰμ τρισὶ λόχοις τὴν οἰκείαν ἀλκήν, καὶ τὸ μὲν μεσαίτατον τῆς ἐκτάξεως ἐπεῖχεν ὁ τύραννος, οἱ δὲ ἡγεμόνες τοῦ συμμαχικοῦ τὴν ἐφ' ἑκά-

6. an καθειμένον? 19. διαφθείρωσι aptius. 23. λόγοις IP.

Igitur publice imperator proclamatus Leo Thomam coaetaneum suum ducem foederatis constituit, atque Michaelem, cuius filium ex sacro lavacro susceperat, patricia dignitate et excubitorum praefectura decoravit.

Bulgaris autem hostibus priore victoria elatis, non parva per eos in regionibus et civitatibus incendio et praedatione consecuta est vastatio. Itaque ad ducem Bulgarorum legationem mitti ab imperatore ad pacem inclinante rationi consentaneum erat, ut pax iniretur. Sed Bulgarorum domino ad id se non accommodante, utpote barbara indole

τοῦτο καταθεμένου, ἅτε βαρβαρικοῦ τὸν τρόπον καὶ καταλαζονευομένου, Λέων ὁ βασιλεὺς κατ' αὐτῶν ἐκστρατεύειν ἐπείγεται. καὶ μάχης κραταιᾶς κροτηθείσης, βασιλικῷ διατάγματι ὁ καθ' ἡμᾶς λαὸς τροπῇ ὑποβάλλεται, ὥστε καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως συντρέπεσθαι. ἀμέλει τῶν Βουλγάρων τῇ διώξει ἐπικειμένων, ἐξ ὑποστροφῆς μετὰ τοῦ περιόντος λαοῦ ἀντικαθίσταται ὁ βασιλεὺς καὶ τούτοις παρεμβαλὼν ἀριστεὺς κατ' αὐτῶν ὁλοτελῶς ἀναδείκνυται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ κατισχῦσαι Βουλγάρων B τοῦ ἀρχηγοῦ, καὶ τούτων τὰ ἔκγονα τὰ μὲν προσαράξαι ταῖς πέτραις τὰ δὲ ἐν ἅλωνι χαλεπῶς τιμωρήσασθαι, ὡς ἐντεῦθεν ἐν τούτοις πεπερατῶσθαι παλίντιτα ἔργα κατὰ τὴν ποίησιν.

Εἶτα εἰς λογισμὸν ἧκεν ὁ βασιλεὺς περὶ τοῦ ἐν τῷ Φιλομηλίῳ V. 6 μονάζοντος, καὶ στέλλει αὐτῷ τὰ πρὸς χρείαν κατ' εὐχὴν ἀναθήματα, ἅτε χρησμῳδῷ ἀληθεῖ τῶν ἀποβαινόντων ἀναφανέντι. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἐτετελευτήκει ὁ αὐτὸς μονάστης, καὶ συνέβη ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον Σαββάτιον μοναχὸν τῷ σκηνιδίῳ αὐτοῦ ὑπεισδῦναι, ὅστις τῇ προσκυνήσει τῶν σεβασμίων εἰκόνων κρυφίως ἀντικαθίστατο. θεασάμενος δὲ τὸν παρὰ βασιλέως ἀπεσταλμένον ἀπόπεμπτον ἐποιεῖτο, τὸν πέμψαντα κρίνας ἀπεοικότα τῇ ἁλουργίδι, ὡς εἰδώλοις προσανέχοντα, ταῖς παρὰ τῆς σεβαστῆς Εἰρήνης σεβομέναις εἰκόσι καὶ Ταρασίου τοῦ ἀοιδίμου πατριάρχου, Παρδῶ ταύτην καὶ Θυάδα καὶ Ταράξιον τὸν ἀρχιερέα τοῦ θεοῦ ἀφρόνως ἐξυβρίζων ὁ ἄθλιος· ἀνθ' ὧν κατα- B

4. αὐτὸν τὸν βασιλέα B. 9. προσαρράξαι L. 11. παλίντητα L. 22. παρδῶ L.

praedito et arrogante homine, Leo imperator contra ipsos expeditionem parat. Acrique collisa pugna, imperatore sic disponente, nostra multitudo fugae subiicitur, ita ut et ipse imperator una fugeret. Itaque Bulgaris persequendo instantibus, facta conversione cum reliqua multitudine resistit imperator, atque in illos impetu facto re fortiter gesta contra ipsos solidae victoriae auctor exsistit. Qui et ipso Bulgarorum duce potior fuit, atque istorum liberos partim petrae allisit, partim in area gravi supplicio affecit. Atque hoc pacto effectum ut *ausa luerent*, secundum poetam.

Post haec recordatus est monachi illius in Philomelio degentis, atque mittit ei voti causa, quae illi usui forent, munera et dona, ut qui se divinatorem eventuum veracem ostendisset. Sed interea temporis mortuus fuerat ille monachus, factumque ut in locum ipsius alius Sabbatius eius cellulam subiret, qui cultui venerandarum imaginum occulte obsistebat. Conspicatus autem iste eum qui missus fuerat, facessere iussit, indignum iudicans auctorem muneris purpura, utpote idolis addictum; imaginibus scilicet ab Irene Augusta ac Tarasio laudatissimo patriarcha cultis; pardalem illam et Baccham vocans, summum autem sacerdotem dei, Taraxii (quasi tu dicas turbatoris) nomine infamans perditus ille:

στρέψαι κύριον τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καὶ ἐπιστέλλων προήγγειλεν, εἴπερ ταύτας οὐ καταστρέψειεν. τούτοις καταβροντηθεὶς ὁ παραπλὴξ βασιλεὺς μετακαλεῖται Θεόδοτον καὶ παραδείκνυσιν αὐτῷ τὰ ἐπεσταλμένα παρὰ τοῦ μονάζοντος. τότε δὴ τότε ὁ Θεόδοτος δραξάμενος τοῦ τοιούτου σκοποῦ καὶ ἀναθαρρήσας λέγει τῷ βασιλεῖ, τῷ κακῷ κακὸν ἐπιπλεονάζων, παρά τινος μονάστου διενεργεῖσθαι παράδοξα, τὴν οἴκησιν κεκτημένου ἐν τοῖς τοῦ Μαυριανοῦ, οἷς γειτνιάζειν τὸν Δαγιστέα διεσαφήνιζεν, ἕτερον τοῦτον ἐπιφημίζων μέγαν Ἀντώνιον· "καὶ ὅπερ ἐρεῖν τῇ σῇ βασιλείᾳ προέλοιτο, τοῦτο καὶ διαπράξασθαι προθυμήθητι." ταῦτα
C σκαιῶς οὕτως τῷ βασιλεῖ ὑποθέμενος ἄπεισι πρὸς τὸν μονάστην καὶ πεπλαστουργημένως τάδε φησίν, ὡς "τῇ ἐπιούσῃ νυκτί, ὥρᾳ διωρισμένῃ, τὸν βασιλέα ἐν εὐτελεῖ καταστήματι προσοίσω σοι διηγησόμενον περί τε πίστεως καί τινων πραγμάτων ἀξιολόγων· ὃν ἐπαρᾶσθαι καὶ τάχιον τοῦ βίου παρελθεῖν ἐξειπεῖν σοι βουλεύομαι, εἰ μήπω Λέοντος τοῦ Ἰσαυρίαθεν ὡρμημένου στοιχειοῖτο τῷ δόγματι, καὶ ὡς εἴγε τοῦτο παραφυλάξοιτο, ἐν δυσὶν ἔτεσι καὶ ο' τῆς βασιλείας ἐνδυναστεύων ἐλάσειεν," ὡς δῆθεν τῇ φιλοζωΐᾳ καὶ φιλοδοξίᾳ τοῦτον πρὸς τὸ οἰκεῖον θηράσασθαι θέλημα· ταύταις γὰρ ἐφετικῶς ἐκεκράτητο, καὶ μάλιστά γε νεότητι κουφιζόμενος. ταῦτα παρά τε Θεοδότου καὶ τοῦ ἐν Μαυριανοῖς ἠμαυρωμένου μονάζοντος διεσκεμμένως τῷ βασιλεῖ κατε-

1. καί, quod ante ἐπιστέλλων legitur, post ἀνθ' ὧν ponit Symeon logoth. p. 402 D. 6. παρά B, περί L. 15. τάχειον L. 16. ἠσαυρίαθεν L.

quapropter futurum ut dominus evertat illius imperium, per epistolam etiam praenuntiavit, nisi illas ipse everterit. His attonitus demens imperator accersit Theodotum, ostenditque ei epistolam monachi. Ibi tum Theodotus arrepta occasione sumptaque fiducia dicit imperatori, malum malo cumulans, a quodam monacho patrari mirabilia, stationem habente in aedibus Mauriani (quibus vicinum esse Dagistea indicabat), alterum eum appellans magnum Antonium: "atque quodcumque, inquit, dicturus est tuae imperatoriae maiestati, id facere studeas." Haec postquam sic subdole suggessit imperatori, abit ad monachum ac veteratorie ista dicit. "Insequenti nocte hora definita imperatorem in habitu vili adducam tibi, acturum tecum de fide et rebus magni momenti. Cui ut maledicas brevique moriturum denunties tibi auctor sum, nisi Leonis illius ex Isauria oriundi doctrinam sequatur: atque si id observaverit, ad septuagesimum secundum annum in imperio perventurum;" ut scilicet vitae et gloriae illecebris ad ipsorum adduceretur voluntatem. harum enim rerum magna cupiditate tenebatur, iuvenili praecipue aetate sese in spem erigens. Haec a Theodoto et illo apud Maurianos latente monacho con-

σκεύαστο, οἷά περ αἱρεσιάρχαις ὑπάρχουσιν. εἰσιὼν οὖν ὁ βασι- D λεὺς μετὰ τοῦ Κασσιτερᾶ πρὸς τὸν μοναχὸν καί τινας λόγους εἰς αὐτὸν προοιμιασάμενος ἀπορραπίζεται παρ' αὐτοῦ, ὡς προεγνωκότος τὸ αὐτοῦ πρόσχημα, οὕτω λέγοντος, μὴ δεῖν "ἐν ἰδιωτικῇ καταστάσει βασιλέα σε ὄντα οὑτωσὶ ὑποκρίνεσθαι καὶ ἀγνοεῖσθαί πως οἴεσθαι." δι' ὧνπερ καταπλαγεὶς ὁ βασιλεὺς τῆς μηχανορραφηθείσης προγνώσεως εὐπειθὴς τούτῳ καθίσταται. τοῦτο γὰρ ἐκ προνοίας τῷ Θεοδότῳ ἐφετὸν ὑπάρχον προετετέχναστο, ὡς καὶ παρὰ τοῦ μακαρίτου Θεοφάνους καὶ ὁμολογητοῦ ταῦτα δι' ἐμμέτρου ποιήσεως ἐστηλίτευτο.

Δι' ὃ τῶν σεβασμίων εἰκόνων ἐκ βασιλέως καθαίρεσις θριαμβεύεται. πρὸς ἣν καὶ τὸν ἀρχιερέα Νικηφόρον ὑποσημήνασθαι κατηνάγκαζεν, καὶ μηδαμῶς πειθαρχήσαντα ἀλογίστως εὐ- E θύνει ἐξόριστον (ᾧτινι τὸ διάδημα περιτιθέντι κατὰ τὴν τοῦ Λέοντος κεφαλὴν ἐδόκει ὡς ἀκανθῶν καὶ τριβόλων προστρίψεσιν ὀδύνης ἐπαισθέσθαι). ἀπαγομένῳ δὲ αὐτῷ ὁ ὁμολογητὴς Θεοφάνης ὁ Ἀγρόθεν κατά τινα τῶν αἰγιαλῶν ἤνωτο ἀπονέμων σεβασμιότητας κηροῖς τε ἅμα καὶ θυμιάμασιν, κἀκεῖθεν εὐλογίας V. 7 ἀντιλαμβάνων ταὐτὸ δὴ τοῦτο τοῖς αὐτοῦ φοιτηταῖς, ἐπεὶ τάδ' ἀκηκόασι, ποιεῖν προσετίθετο τῆς Προποντίδος ἀπαίροντι. οὓς ὁ πατριάρχης ἰδὼν καὶ τὸν ἑαυτοῦ αὐχένα συγκύψας τάς τε χεῖρας

7. τούτῳ B, τοῦτο L. 8. ὑπάρχον B, ὑπάρχειν L. *ibid.* προετέχναστο L. 17. articulum ante ἀγρόθεν om. L. 19. ἐπεὶ τάδ' ἀκηκόασι B, ἔπειτα δ' ἀκηκοόσι L.

siderate in imperatorem structa fuere, utpote sectae principibus. Ingressus itaque imperator cum Cassitera ad monachum, et sermones quosdam ad eum praefatus, vehementer ab eo increpatur, tanquam gnaro simulati habitus, sic dicente. "Non decebat in privato habitu te sic simulare, cum sis imperator, nec putare te ignorari." Quibus obstupefactus imperator, propter praescientiam illam fraudibus consutam, morigerum ei se praebet. Id ipsum enim de industria, a Theodoto cupide expetitum, dolose structum fuerat; quemadmodum a beato Theophane confessore ea res versibus notata est.

Atque ita venerandarum imaginum demolitio ab imperatore promulgatur. Cui etiam summum sacerdotem Nicephorum subscribere cogebat: nulloque modo obsequentem sine ratione ad exilium condemnat. Qui quidem cum diadema imponeret Leonis capiti, visus sibi est quasi ex spinarum et tribulorum attrectatione dolorem sentire. Cum autem iam abduceretur, Theophanes confessor ab Agriensi monasterio in quodam litore ei se obtulit, tribuens venerationes cum cereis et suffimentis, atque ab illo benedictionem recipiens idem suis discipulis, qui haec audierant, facere iniunxit, cum a Propontide proficisceretur. Quos conspicatus patriarcha, suam cervicem incurvans sublatis manibus implorabat

μετεωρίσας ἀνεκαλεῖτο ἐσχάτῃ τῇ προσκυνήσει τὰς εὐπροσδέκτους ἐντεύξεις τοῦ πανευσεβοῦς Θεοφάνους. περὶ οὗ οἱ συμπαρόντες ἠρεύνουν, ὅτε περ τὰς χεῖρας ἦρε μεταρσίους, "ὦ δέσποτα, πρὸς τίνα ἐπιτρεπτικῶς ἑαυτοῦ διενενόησο ἐπὶ μακρῷ ἀσπασμὸν ἐπαφεῖναι τὸν ὕστατον;" ὁ δέ φησι "τῷ ὁσίῳ πατρὶ καὶ ὁμολογητῇ Θεοφάνει μονάστῃ τοῦ Ἀγροῦ, τῷ λαμπάσι καὶ λιβανωτοῖς ἡμᾶς δεξιωσαμένῳ." καὶ τὸ προφητευθὲν εἰς πρᾶξιν ἐξῄει· οὐ μετὰ πολὺ γὰρ αὐτὸς μετὰ πολλῶν ἄλλων ἀφορισθεὶς τῆς ἐκκλη-
B σίας σὺν ἀπείροις κακώσεσι τὸν τῆς ὁμολογίας ἐταινιώσατο στέφανον, τὸν πατριάρχην μηκέτι κατὰ τὸ προρρηθὲν θεασάμενος. ὁ οὖν Θεόδοτος, τὸν πατριαρχικὸν θρόνον παρ' ἀξίαν ἀπειληφὼς ἐν ἡμέρᾳ τῆς ζωοποιοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἀναστάσεως, ἐπ' ἀδείας τῆς αἱρέσεως εἴχετο καὶ πολλοῖς ταύτης οἷα λήμης ἐπεκοινώνει.

Τοίνυν ὁ βασιλεὺς Λέων, κατά τε Βουλγάρων καὶ Ἀγαρηνῶν νεανιευσάμενος καὶ ἀηττήτῳ οἰήσει κατασχεθείς, ἀλαζονικώτερος ἅπασι κατεφαίνετο, ὡς ἐντεῦθεν καὶ ἀποκλίνειν πρὸς τὸ ὠμότερον. καὶ γὰρ ἦν φοβερὸς τῷ τε καταστήματι καὶ τοῖς πράγμασι, μηδὲν παραθραύων τῆς ἐνούσης αὐτῷ αὐστηρίας βασκανίας τε καὶ ἰταμότητος, καὶ τοσοῦτον ὥστε πολλοῖς καὶ
C τῶν ἐπὶ μικροῖς ἑαλωκότων ἐγκλήμασιν ὧν μὲν χεῖρας ὧν δὲ πόδας καί τινα τῶν καιρίων μελῶν ἐν ταῖς λεωφόροις τῆς πόλεως

1. μετεωρήσας L. 3. ἦρε addidi ex Contin. p. 18 D. 5. ἐπαφῆναι L. 6. μονάστῃ Reinesius, μονς L. 8. ἀφορισθέντες L. 20. πολλοῖς] immo πολλῶν vel πολλάκις. 22. λεοφόροις L.

postrema adoratione acceptas deo intercessiones piissimi Theophanis. De quo qui aderant quaerebant dicentes "cum manus attolleres, domine, ad quem convertens teipsum a longinquo mente tua dirigebas salutationem?" Tum ille "ad sanctum, inquit, patrem atque confessorem Theophanem monasterii Agriensis, qui facibus et ture nos excepit." Atque haec praedictio eius ipso facto in exitum deducta est: non multo enim post et ipse cum multis aliis eiectus ex ecclesia cum infinitis vexationibus confessionis corona redimitus est, cum patriarcham haud amplius, secundum illam praedictionem, vidisset. Igitur Theodotus patriarchale solium indigne adeptus, ipso die vivificae Christi dei nostri resurrectionis, secure haeresim suam inchoabat, multosque illa occaecabat.

Imperator autem Leo, re contra Bulgaros et Agarenos strenue gesta, insuperabili opinione de se concepta, arrogantior omnibus videbatur; unde etiam ad crudelitatem inclinabat. Erat enim terribilis ipsa habitudine corporis et factis, nihil remittens ab insita severitate, invidia et violentia, ita ut multorum etiam ob minuta quaedam condemnatorum hinc manus illinc pedes inde alia corporis praestantiora membra

συνεχῶς ἐγκρεμάννυσθαι, ὡς ἐκ τούτων μισητὸν καθεστάναι πᾶσι τοῖς ὑπὸ χεῖρα. χρόνου δὲ προϊόντος οὐ μέχρι τούτων ἐνέμενε χαλεπὸς ὤν, ἀλλ' ἐκορυβαντία καὶ κατὰ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως. εὗρε γὰρ καί τινα συνεργὸν τῆς ἐνδομυχούσης αὐτῷ μοχθηρίας, ἄνδρα πανοῦργον, ὃς ἐπιστατῶν τοῦ ἱεροῦ τάγματος ἐν τοῖς ἀνακτόροις ἐτύγχανε καὶ τὴν ἔξω φαινομένην εἶχεν εὐσέβειαν. ὑποτοπάσας γοῦν καιρὸν καθ' ὃν εἰς ἐπήκοον ἦν τὸ τοῦ Ἡσαΐου φάσκον διάγγελμα "τίνι ὡμοιώσατε κύριον, καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν; μὴ εἰκόνα ἐποίησε τέκτων, ἢ χρυσοχόος χωνεύσας χρυσίον περιεχρύσωσεν αὐτόν, ἢ ὁμοίωμα κατεσκεύασεν αὐτόν;" καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν παραβύστῳ λέγει τῷ βασιλεῖ "σύνες τοῖς λεγομένοις, ὦ βασιλεῦ, καὶ γνῶθι τὸ ἀληθὲς D ὅπερ ὁ προφήτης ἡμῖν διεσάφησεν, καὶ τοιαύτης ἔχου λατρείας, καὶ μὴ τοῖς ἐξ ὁμοιωμάτων καταβεβρόντησο πάνυ σεβάσμασιν." τοιαῦτα εἰπὼν ἐνέσκηψεν αὐτῷ πολλῷ πλέον ἰὸν τῆς αἱρέσεως, δι' ἧς φθορᾶς μετεδίδου τοῖς εὐσεβοῦσι συστήμασιν, ἐξ ὧν τοὺς μὴ πειθαρχοῦντας ἀφειδῶς κατῃκίζετο.

Οὗτος δὲ Λέων ὁ βασιλεύς, κἂν δυσσεβής, ἀλλὰ τῶν δημοσίων πραγμάτων ἦν ἀντιληπτικώτατος, ὡς μηδὲν τῶν ὀνησιφόρων παραλιμπάνειν ἀπρόοπτον, ὡς καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν Νικηφόρον τὸν πατριάρχην τοιαῦτα ἐρεῖν, ὡς ἄρα ἡ πολιτεία Ῥωμαίων κἂν δυσσεβῆ ἀλλ' οὖν γε μέγαν προμηθευτὴν ἀπο-

1. ἐγκρεμμάννυσθαι L. 5. ἐπιστατεῖν L. 7. ὑποτωπάσας L. 13. διεσάφισεν L. 14. καταβεβρόντισο L. 16. φθορὰς L. 19. ἦν om. L. ibid. ἀντιληπτικότατος L. 22. προμυθευτὴν ἀπόλωλεν L.

per plateas urbis assidue suspenderentur, ita ut ob haec invisus fieret omnibus subditis. Progressu autem temporis non in istis se continuit saevitia eius, sed furebat etiam adversus ipsam pietatem fidei, nactus socium et adiutorem malitiae suae intus stabulantis hominem versutum, qui erat praefectus sacri ordinis in regia et externam tantum habebat pietatem. Observato itaque tempore quo publice ex praelectione audiebatur Esaiae dictum "Cui assimilabitis dominum, et qua similitudine assimilabitis eum? Num imaginem faciet opifex, aut aurifaber conflato auro deaurabit eum?" etc., seorsim etiam dicit ad imperatorem "animadverte haec verba, imperator, atque agnosce veritatem quam propheta nobis declaravit, talemque amplectere religionem, nec imaginum cultu sis plane attonitus." Haec locutus incussit ei multo acrius venenum haereseos, qua inficiebat pios coetus: ex quibus immorigeros nihil parcendo graviter vexabat.

Iste autem imperator Leo, quamvis impius, reipublicae tamen negotia diligentissime curabat, ut nihil eorum quae ei emolumento essent relinqueret improvisum; ita ut etiam post eius mortem Nicephorus patriarcha de eo diceret rempublicam Romanorum quamvis impium magnum

λώλεκεν. πρὸς τούτοις καὶ τοῖς ἀδικοῦσι δικαίως ἐπαχθὴς ἦν,
V. 8 ὥστε κατά τινα νενομισμένον καιρὸν τούτου ἐξιόντος τοῦ παλα-
τίου, ἀνήρ τις προσήει αὐτῷ ἔγκλησιν ἐνστησάμενος ὡς τούτου
τὸ γύναιον ἁρπαγῇ συγκεκύρηκε παρά τινος τῶν συγκλητικῶν,
ὅστις εἴληχε τοσαύτης ἐλευθερίας ὡς κατασχεῖν αὐτὴν ἀδεῶς ἐπὶ
χρόνον πολύν· "ἐμοῦ δὲ περί γε τούτου καὶ τῷ ἐπάρχῳ διεγκα-
λέσαντος, οὐδέν μοι τῶν πρὸς ἐκδίκησιν ἐπεράνατο." ὁ γοῦν
βασιλεὺς τούτων ἐνωτισθείς τινι τῶν θεραπόντων ὀξέως προσέτα-
ξεν ἐν τῇ ἐπανόδῳ τὸν ἐγκαλούμενον σὺν ἅμα τῷ ἐπάρχῳ κατὰ
πρόσωπον αὐτοῦ παραστήσασθαι. τοῦ οὖν αὐτοκράτορος ἐνδη-
μήσαντος τὸ κελευθὲν εἰς πρᾶξιν παρίστατο. καὶ τῷ τὴν ἔγ-
κλησιν ποιησαμένῳ ἑτοίμως φησί "τί τὸ κατὰ σὲ δραματούργη-
B μα;" καὶ ὁ μὲν ταῖς αὐταῖς ἐκέχρητο ῥήσεσιν, ὁ δὲ ἐγκληματι-
ζόμενος ἀνωμολόγει τὸ ἔγκλημα ὡς ἀναμφισβήτητον, καὶ ὁ
ἐταστὴς τῇ καταθέσει συνεμαρτύρει, εἰ καὶ μὴ τὴν ὑπεξέλευσιν
κατὰ τοῦ κατακρίτου πεποίητο. αὐτίκα τὸν μὲν δικαστὴν ὡς
ἀφερέπονον τοῦ δικαίου διέστησε τῆς ἀρχῆς, τὸν δὲ τῇ μοιχείᾳ
ἑαλωκότα κατὰ νόμους ἐτιμωρήσατο. τὰ πλείω δὲ τῶν διοικη-
μάτων ἐν τῷ Λαυσιακῷ χρηματίζων διήνυεν, ὑπογραφέας προσ-
καλούμενος τῶν ἀρίστων, οἷς γραφὴν τῶν ἐκδόσεων ἐπετέτραπτο,
προσεποιεῖτό τε στρατηλάτας καὶ ἄρχοντας τῶν ἀξιολόγων, ἄλ-
λως τε τοὺς ἀδωρίαν ἐξησκημένους, αὐτὸς οὐχ ἧττων χρημάτων

3. προσίει L. 12. δραμματούργημα L. 19. ἐν om. L. 22. ἧτ-
τον L.

tamen provisorem amisisse. Ad haec in flagitiosos severissime animadvertebat. Itaque cum certo quodam tempore egrederetur palatio, vir quidam accessit ad eum accusationem instituens quod sua uxor abrepta fuisset a quodam senatore, cuius tanta esset licentia ut secure detinuerit eam longo tempore, idque facinus se ad urbis praefectum detulisse, neque tamen ius suum consecutum. His auditis imperator statim cuidam ex ministris suis mandavit ut in reditu accusatorem una cum praefecto coram se sisteret. Cum igitur reversus esset imperator, iussum eius actu ipso exhibebatur. Atque ad accusatorem prompto animo dicit "quaenam est actio illa quam instituisti?" Ille vero iisdem utebatur vocibus. Porro reus ipse confitebatur crimen ut minime dubium, iudexque delationem ad se factam attestabatur, quamvis executionem contra reum non fecisset. Statim ergo iudicem quidem ut negligentem in iure administrando exuit munere: illum autem qui adulterii convictus erat secundum leges punivit. Pleraque autem negotia in Lausiaco ius dicens decidebat. Amanuenses etiam adscivit praestantissimos, quibus consignationem expensarum committebat; duces quoque bellicos ac magistratus; optimum quemque, praecipue tales qui muneribus minime corrumperentur, ipse etiam opibus haudquaquam subiectus. Haereseos interim suae ni-

καθεστηκώς, κἂν ἐπὶ τῷ μᾶλλον αἱρέσεως αἴτιος, ὡς καὶ πλείστους τῶν ὀρθοδόξων ποινηλατεῖν ἐν ὠμότητι. ἦν δὲ φιλότιμος πάνυ, κἂν σοβαρὸν ἐμβοῶν καὶ κακόρυθμος. ὃ καὶ κατὰ τὸν C τοῦ Φάρου ναὸν καὶ τόδε γνώριμον διεφαίνετο τοῖς ἐπελευσομένοις αὐτῷ ψαλμῳδῶς λαρυγγίζοντι. ἐξῆρχε γὰρ τῶν ψαλλόντων ἐνίοτε, καὶ μάλιστα τότε, φωνῶν

τῷ παντάνακτος ἐξεφαύλισαν πόθῳ,

οὗγε διολισθήσας ἄρα τὴν θείαν δίκην περιφανῶς ἐπεσπάσατο τῷ ὕμνῳ, προφητείας ταύτῃ συντελεσθείσης.

Τούτων δὲ χρόνου τινὸς προδεδραμηκότος Μιχαὴλ ὁ ἐξ Ἀμορίου τοῖς κατ' ἀνδρείαν προκόπτων ἐν προτερήμασι, παρ' ὃ καὶ τὸ τῶν ἐξκουβίτων πεπίστευτο σύνταγμα, διαβολῇ καθοσιώσεως ἐπισκήπτεται· ὃς ταύτην πολυτρόπως ἀποσεισάμενος D ἐκπέμπεται παρὰ βασιλέως διακυβερνᾶν τὸ ἐν αὐτῷ στρατολόγημα. ὃν βασκαίνων, καθάπερ τινὲς ἔφασκον, θανατῶσαι βεβούλητο, εἰ μὴ θεός, οἷς τρόποις εὐδόκει, παραδόξως φυλάξας τῇ βασιλείᾳ τοῦτον ἀφώρισεν. εἰ καὶ τοῦτό τινες ἐξειλήφασιν, ὅτι τῷ Μιχαὴλ παρῆν καὶ τολμηρία γλώσσης μείζων τῆς κατὰ γενναιότητα πάντῃ θρασύτητος, λαλούσης παράσημα καὶ ἀπειλούσης τῷ κρατοῦντι ὅλως καθαίρεσιν, αὐτοῦ τε τὴν γαμετὴν ἀνοσίοις γάμοις ἐγκαθυβρίσαι. ἐνηχεῖτο τούτοις ὁ Λέων, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπειρᾶτο εὐμηχάνως κατευνάσαι ῥοπὴν (ᾔδει γὰρ

3. κἂν B, καὶ L. *ibid.* ὃ] ᾧ L. 11. παρ' ὃ B, παρ' ᾧ L. 14. τὸν ὑπὸ χεῖρα λαὸν Cedrenus p. 491 D. 17. εἰ] ἢ L. 18. μεῖζον τῆς καταγενναιότητι L.

mis vehemens erat propugnator, ita ut multos orthodoxos crudeliter vexaret. Volebat autem elegans videri in canendo, cum tamen incondite et inconcinne boaret. Quod et ipsum in Pharo memorabile apparuit iis quae ipsi eventura erant psalmos crocitanti: praeibat autem psallentibus quandoque tuncque maxime intonans *Sprevere summi cuncta amore principis.* A quo cum ipse longe abesset, divinam vindictam aperte sibi attraxit hoc hymno, praedictione per hanc consummata.

Tempore autem haec praegresso Michael Amoriensis fortitudine ac praerogativis proficiens, ob quam et excubitorum cohorti praefectus erat, crimine laesae maiestatis incusatus fuit: qui cum se variis modis purgasset, ab imperatore missus est, ut in oriente delectui militum habendo praeesset. Hunc ex invidia, ut quidam perhibent, occidere voluerat, nisi deus quibus ei placebat modis mirabiliter servatum imperio destinasset. Quamvis etiam nonnulli tradiderint in Michaele fuisse temeritatem linguae maiorem omnino strenuitatis illius audacia, ita ut effutiret monstrosa minitareturque imperatori omnino eversionem eiusque uxoris incestarum nuptiarum dedecus proferret. Indicabantur haec Leoni. atque is primo quidem conabatur arte sopire eius impetum: norat enim

αὐτὸν γλωσσηματίαν καὶ αἴσχιστον, κἂν ἀνδρεῖον ἐνόμιζεν);
E ἀλλ' οὐ πείθει τοῖς λόγοις ἢ παραινῶν πάντως ἢ ἐμβριμώμενος· εἴχετο γὰρ ὡσαύτως ὁ Μιχαὴλ τῆς τοιαύτης αἰσχροτολμίας. καθίστησι τοίνυν ὁ βασιλεὺς ἀκροατὰς τῶν αὐτοῦ τολμημάτων, τὸ μὲν δῆθεν καταπιέζων αὐτὸν τοῦ θράσους καὶ γλωσσαλγίας, τὸ δὲ καὶ ὠτακουστεῖν τὰ περὶ τοῦτον αἱρούμενος. ἦν γὰρ καὶ
V. 9 τῷ Ἐξαβουλλίῳ περιεσκεμμένως εἰσηγησάμενος, ἅτε νουνεχεῖ ὄντι καὶ πολυπείρῳ ἀνδρί, πρὸς δὲ καὶ γνωστῷ αὐτοῦ τῶν οἰκείων, μὴ παραχωρεῖν αὐτῷ ἀθυροστομεῖν σπεύδοντι, ἀλλὰ σιωπὴν ἄγειν, ἐξ ἀναγκαίου τῶν κατὰ βασιλέως ἄγαν εὐλαβουμένῳ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐδὲν αὐτῷ πρὸς καταρτισμὸν διενήργητο, ἐξ ἀπαιδευσίας ἀκρατῶς φερομένῳ· ἐπεὶ δὲ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις περὶ αὐτῶν ἐδηλοῦτο τῷ βασιλεῖ, αὐτὸς δὲ δυσίατος ἢ ἀνίατος εὕρητο, διὰ χειρογράφου κατεγγυᾶται τὸν Ἐξαβούλλιον ὡς μηδὲν αὐτοῦ τὸ παράπαν τοῦ λοιποῦ διαπαρασιωπῆσαι τῶν ληρημάτων, ἀλλὰ πάντα προῦπτα θέσθαι ἑαυτῷ. ὡς δὲ οὐκ ἐνεδίδου γλωσσηματίζων ὁ ἀλαζών, αὐτίκα τοῦτον
B κατάδηλον τίθησι βασιλεῖ τῆς αὐτῆς ἀναιδείας μεταποιούμενον. καὶ δὴ ῥητῇ ἡμέρᾳ τῶν πρὸ τῆς Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν κατὰ σάρκα γεννήσεως, εἰς τοὐμφανὲς τῶν κατ' αὐτοῦ κινουμένων οἱ ἔλεγχοι παρεισέλθεον, περὶ τὸν τῶν ἀσηκρητίων χῶρον τοῦ βασιλέως τὰ ἐπὶ τούτῳ κατὰ δοκιμασίαν πολλὴν ἀνετάζοντος. οὐκοῦν

5. αὐτοῦ τοῦ L. 16. προυκαθέσθαι L, προϋπνθέσθαι V.

eum esse linguosum et turpiloquum, etiamsi strenuum putaret. sed nihil profecit verbis, sive moneret, sive comminaretur: perseverabat enim nihilominus Michael in impudentia. Constituit ergo imperator auscultatores et observatores eius temeritatis, partim ut reprimeret eius audaciam linguaeque petulantiam, partim ut exploraret eius conatus. Hortatus etiam fuerat circumspecte Exabullium, utpote cordatum et rerum peritissimum virum, praeterea etiam familiarem eius intimum, ne pateretur eum tam effraeni linguae licentia amplius uti, sed tacendum esse moneret ac necessario erga regem reverentia et cautione utendum. Sed ista quidem nihil ei ad correctionem conducebant, procacitate linguae impotenter ruenti. Cum autem semel atque iterum et saepius etiam de ea re significaretur imperatori, ipseque vix sanabilis aut insanabilis deprehenderetur, chirographo obstringit Exabullium ut is nihil prorsus deinceps reticeat eius nugarum, sed omnia sibi referat. Cumque nihil remitteret a linguae licentia homo petulans, mox imperatori indicat illum eandem impudentiam servare. Atque dehinc statuto die Christi dei nostri nativitatem secundum carnem proxime antecedente, in apertum producebantur argumenta eorum quae contra ipsum movebantur, imperatore in secretariorum loco omnia de eo diligenti examine inquirente.

ἐλέγχεται Μιχαὴλ τυραννίδα, κατατίθεται φανερῶς ἐναργείᾳ τῶν κατηγόρων νυττόμενος, καί τισι τῶν ὑπασπιστῶν ὁ βασιλεὺς ἐγκελεύεται αὐτὸν ταῖν χεροῖν λαβέσθαι καὶ ἀπαγαγεῖν εἰς τὸ τοῦ παλατίου λουτρόν, πιθήκιόν τε δεσμῆσαι ἐνεῖραί τε πρὸς κοντὸν καὶ τῷ καμιναίῳ πυρὶ παρατιθέναι ἀνάλωμα.

Τοῦ δὲ βασιλικοῦ διατάγματος οὕτω προβιβασθέντος, θεάσασθαι τὸ τελεσθησόμενον προτεθύμητο βασιλεύς. συνηντήκει δὲ αὐτῷ ἡ Αὐγούστα Θεοδοσία ἀσάμβαλος, τὸ τοῦ Ἀρσαβὴρ C πατρικίου καὶ κοιαίστωρος θυγάτριον, τοῦ βασιλέως κατηγορῆσον μιαιφονίαν καὶ βαρβαρότητα, καὶ μηδ᾿ ὅλως τὸ τοῦ θεοῦ δέος τοῦτον ἔχειν ἐγκάρδιον, καὶ κατὰ μηδὲν ἠρυθριακότα ἡμέραν τὴν ἑορτάσιμον, καθ᾿ ἣν κεχραμένας τὰς χεῖρας ᾑρῆσθαι τὴν θείαν κοινωνίαν εἰσδέξασθαι, συμβουλευσόμενόν τε τὸν Μιχαὴλ τηρηθῆναι κατάκλειστον, εἶθ᾿ οὕτως τὰ κατ᾿ αὐτὸν πλείονος τυχεῖν ἀνετάσεως, καὶ τοὺς κεκοινωνηκότας αὐτῷ τοῦ συνθήματος, καὶ τηνικαῦτα τιμωρίαις ὑπάγεσθαι. τῶν οὖν τοιούτων λόγων ἐπησθημένος ὁ βασιλεὺς προσέταξε τὸν ὑπεύθυνον ἐλευθεριάσαι τῆς αὐθώρου ὑπεξελεύσεως, καὶ τοιαῦτα τῇ γαμετῇ προσφωνεῖ. "ὦ γύναι, τὴν μὲν ἐμὴν ψυχὴν τῆς ἐκεῖθεν D σήμερον δίκης ἀπήλλαξας, καὶ τῆς ζωῆς με συντόμως ἴσως στερήσεις· σὺ δὲ καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν θεάσεσθε τὸ ἀποβησόμενον." καὶ ἐν τούτῳ τὸ μέλλον ἀπέφησεν. ἦν γὰρ αὐτῷ ἔκ τινος συμ-

8. ἀσύμβαλος L. 12. ἠρεῖσθαι L. 15. κεκοινωνικότας L. 18. αὐθιώρου L. 21. θεάσασθε L. 22. ἀπεφοίβασε Cedrenus p. 492 D.

Coarguitur itaque Michael affectatae tyrannidis, fatetur palam perspicuis documentis accusantium victus, atque imperator quosdam ex satellitibus suis iubet eum manibus prehendere et abducere in palatii balneum, pithecioque vinctum et conto applicatum apponere igni fornacis consumendum.

Cum imperatoris iussum sic perageretur, spectare quae futura essent voluit imperator. Simul autem eodem se contulit Augusta Theodosia improvisa, illa inquam Arsaberis filia, patricii illius et quaestoris, incusans imperatoris carnificinam et barbariem, quodque dei timor ei plane non esset cordi, nec revereretur diem festum quo contaminatis manibus vellet divinam communionem recipere. consiliumque ei dabat ut ille servaretur inclusus: dein sic in eius facta ulterius inquiratur, atque etiam in socios conspirationis, ac tum demum poenae subiiciatur. Huiuscemodi dictis perceptis imperator praecepit reum liberum esse in praesens a supplicio, uxoremque sic allocutus est. "O mulier, meam quidem animam ab illo supplicio hodie liberasti: etiam vita me cito fortasse privabis. Tu vero et liberi videbitis quid eventurum sit." Atque in hoc futurum praedixit. Erat enim ei ex quodam aenigmatico libro tempus

βολικῆς βίβλου ὁ ἀναιρέσιμος χρόνος μεμνημένος, αἰνιγματιζούσης μεταξὺ τοῦ τε χ καὶ φ τῶν στοιχείων τὴν κατακλεῖδα λέοντος θηρὸς ξίφει διαπερονηθεῖσαν, ἤτοι μεταξὺ Χριστοῦ τῆς γεννήσεως καὶ τῶν φώτων αὐτὸν ἀναιρεθῆναι τὸν θηριότροπον Λέοντα· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κλῆσις τοῦ ἀναιρήσοντος ἐκ θεοπέμπτου ὀνείρατος (ἑωράκει γοῦν πρὸ μικροῦ τὸν πατριάρχην Ταράσιον δυσφημοῦντα μετὰ παρρησίας τῆς κακίας αὐτοῦ τὰ ἐπίχειρα, πρός τινά τε Μιχαὴλ αὐστηρῶς παρακελευόμενον ἀναλῶσαι αὐ-
E τόν, ὃς τῷ προστάττοντι εὐπειθήσας γε ἔπληξεν ἡμιθανῆ τε κρημνίσας κατέλιπεν. ἔξυπνος δὴ γεγονὼς καὶ πολλῷ συσχεθεὶς δείματι τὸ ὁραθὲν τῇ ἰδίᾳ γαμετῇ παρεδήλωσεν), ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τοῦ ῥηθέντος αὐτῷ διὰ τοῦ πατρικίου Βαρδανίου παρὰ τοῦ ἐν τῷ Φιλομηλίῳ μονάζοντος, ἔκ τε τῆς μεταμφιάσεως καὶ
V. 10 ἐπιβάσεως τῶν ἐσθήτων. ὅμως μετακαλεσάμενος τὸν παπίαν, τοῦτον ἀσφαλῶς τηρεῖν πρός τι οἴκημα τῶν τὸ παλάτιον σαρούντων ἐκδέδωκε, σιδηροπέδαις ἀσφαλισάμενος, ὧν τὴν κλεῖδα ἐν τῷ ὑπενδύτῃ αὐτοῦ ἀπόθετον διεφρούρει, τῶν ἄλλων μηδενὶ ταύτην πεπιστευκώς.

Περὶ γοῦν νυκτερινὴν ὥραν ἀπαναστὰς τοῦ κοιτῶνος ὁ βασιλεὺς τὰς ἀπαγούσας πρὸς τὴν τοῦ παπίου σκηνὴν πάσας θύρας εὐσθενῶς κατηδάφισεν· ἦν γὰρ εὐσθενὴς πάνυ καὶ θρασυκάρδιος. καὶ εἰσιών γε καταλαμβάνει τὸν Μιχαὴλ εἰς τὴν τοῦ παπίου κλί-

8. μεταξὺ addidi.

quo interficiendus esset compertum per imaginem declarante inter *X* et *Φ* litteras iugulum leonis bestiae gladio transfixum, sive inter Christi nativitatem et diem φώτων (id est Epiphaniorum) ipsum interemptum iri belluinis moribus praeditum Leonem. Quin et nomen eius qui esset eum interfecturus ex insomnio divinitus immisso editum. viderat enim paullo ante patriarcham Tarasium praedicantem ominosa et audaci voce malitiae eius mercedem, ab eoque Michaelem quendam acriter incitari ad interficiendum ipsum; qui imperanti obtemperans percussisset praecipitatumque semimortuum reliquisset. Experrectus itaque ingentique pavore captus visum illud suae uxori indicaverat. Item ex eo sciebat, quod dictum ei fuerat per patricium Bardanium a monacho illo in Philomelio, et quod vestium eius alteram ipse induerat, alterius extremam oram calcaverat. Ceterum papia accersito illum (Michaelem) asservandum in quodam cubiculo eorum qui palatium verrunt tradiderat compedibus vinctum, quarum clavem in interula sua repositam servabat, nulli alii eam concredens.

Cum igitur noctu hora circiter tertia surrexisset de cubili imperator, omnes ianuas quae ad papiae cubiculum ducerent validis viribus deiecit: erat enim valde robustus et animosus. ingressusque offendit Michaelem

νην καθεύδοντα, χαμαὶ δὲ τὸν παπίαν παρευναζόμενον. καὶ περὶ τὸν Μιχαὴλ κύψας παλάμῃ τὰ στήθη αὐτοῦ διηκρίβαζεν, ὁποίαν ἀφίησι ῥοπήν, μεριμνητικὴν ἢ ἀμέριμνον. ὡς δὲ τοῦτον τῆς ἁφῆς μὴ ἐπῃσθημένον συνέγνω, πάνυ ἐτεθαυμάκει ἐπὶ B
τῇ ἀφροντίδι αὐτοῦ ἀφυπνώσει, διανεύων τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν καὶ χαλεπὰ τεκμαιρόμενος, καὶ διεξιὼν μεγάλως τῇ χειρὶ κατὰ τοῦ παπίου τὸν θυμὸν συμβολαιωσάμενος ἀμφοτέροις τὴν ἀπειλὴν ἐπερρίπιζεν. ταῦτα προσεδρεῦον τῷ Μιχαὴλ εὐνουχικὸν παιδάριον κρύφα τεθέατο, ὅπερ τὸν εἰσιόντα βασιλέα οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἀπὸ τῶν βασιλικῶν ἐκ κόκκου πεδίλων διέγνωκεν ὑπὸ τὴν κλίνην ὑφέρπον (ἐκεῖ γὰρ τῷ βασιλεῖ διεκέκρυπτο)· μετὰ γοῦν τὴν ἄφιξιν τοῦ βασιλέως τῷ τε ἰδίῳ δεσπότῃ Μιχαήλ, ἀλλὰ μὴν καὶ τῷ παπίᾳ, ἅπαντα τὰ συμβεβηκότα διέλεξεν. τούτων κατήκοος γεγονὼς ὁ παπίας καὶ ἀμέτρῳ κατασχεθεὶς δείματι σὺν αὐτῷ Μιχαὴλ βουλὴν δοκίμην ἐπισκευάζουσιν. προφασίζεται ὁ Μι- C
χαὴλ τῶν κατὰ ψυχὴν ὀφλημάτων ἄγαν κεκτῆσθαι διὰ φροντίδος, ὡς ἄν τινι τῶν εὐαγῶν ταύτας ἀνάθοιτο διά τινος τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ πιστοτάτου Θεοκτίστου, ὃς μετὰ ταῦτα τῷ τοῦ πατρικίου περιβλέπτῳ τετίμητο ἀξιώματι καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ καλάμου ἐγκεχείριστο πρόνοιαν, δι' οὗ κανίκλιος ἐδοξάζετο, ἐφ' ᾧ καὶ τὰ τῆς ἐπιτροπίας τοῦ Μιχαὴλ ὡς εὐγνώμονι ἐβεβαίωτο. τότε δὲ τὸ κατὰ τὴν αἴτησιν τῆς προφάσεως

3. μεριμνατικὴν L. 4. ἐπαισθημένον L. 8. προσεδρεύων L. 10. πεδήλων L. 11. ὑφέρπον B, ἐφέρπον L. 16. fort. κηλῖδας τῶν. conf. Contin. p. 24 A.

in papiae lecto dormientem, papiam autem humi cubantem. ac Michaeli intentus, manu exploravit eius pectus quali motu moveatur, num solliciti an securi. ut autem eum contrectationem minime sensisse intellexit, valde admiratus fuit quod tam secure dormiret: movensque caput et gravia minitans, interque egrediendum manus agitatione animum iratum erga papiam indicans, utrisque minas intentavit. Haec omnia assidens Michaeli puer eunuchus ex occulto spectaverat, qui ingredientem imperatorem non aliunde nisi ex coccineis calceis cognoverat, sub lectulum reptans: ibi enim absconditus imperatorem latuit. Itaque post abitum, domino suo Michaeli, nec non papiae, omnia quae accidissent narravit: quibus auditis papias atque Michael pavore correpti consilium quoddam sibi utile ineunt. Simulat Michael valde sibi curae esse ut animae quaedam debita alicui ex religiosis aperiret per quendam suorum ministrorum fidissimum Theoctistum, qui postea illustri dignitate patricii ab eo ornatus fuit curaque calami imperatorii ei demandata, unde caniclius audiebat, atque ut benevolo curatura Michaelis eidem fuerat collata. Tunc ergo secundum petitionem praetextus illius finis pendebat ab im-

πέρας ἀπήρτητο βασιλικῆς ἐκ διατάξεως, καὶ τὸ σκαιώρημα εἰς
ἔργον προέβαινεν. ἀκριβολογησάμενος γὰρ τῷ Θεοκτίστῳ ὁ
Μιχαὴλ τὰ τῆς ἐπιθέσεως, καὶ διαπορθμεύσας κρυφιομύστως
τοῖς κεκοινωνηκόσιν αὐτῷ τῆς ἐνέδρας βαθεῖαν διάσκεψιν, ἐπι-
D σχυρίζεται κατ' αὐτῶν τὴν κοινωνίαν φωράσαι τῷ ἄνακτι, εἴπερ
καταμελήσειαν ἄρτι τῆς ἐγχειρήσεως.

Ἐντεῦθεν κοινὴν βουλὴν ἐπισκευασάμενοι τοιῶσδε τὸ ἐγ-
χείρημα συντιθέασιν, παρεισδῦναι νύκτωρ διὰ τῆς ἐλεφαντίνης
πύλης, καθ' ὃ τὰ τῆς δοξολογίας θεῷ ἀφιέρωτο, ὡς ἱερεῖς ὑπο-
κριθησόμενοι τοῖς ἐπενδύμασι ξίφη τε λαθραίως χειρισόμενοι,
εἶθ' οὕτως πρὸς μέρος τὸ δεξιὸν ποιήσασθαι τὴν ἀπόνευσιν καὶ
ἐπιθέσθαι τῷ βασιλεῖ. παλαιὸς γάρ τις τύπος διεδεδραμήκει,
ἐκτὸς τῶν βασιλείων τοὺς ἱερεῖς νυκτὶ διακαρτερεῖν μέχρι τῆς
πρὸς ὄρθρον διωρισμένης αὐτοῖς εἰσελεύσεως. ὡς ἱερεῖς ὅθεν
E οἱ στασιῶται εἰσῄεσαν, τοῖς ἀληθέσιν ἑπόμενοι· καὶ οἱ μὲν ἱερεῖς
εἰσῆλθοσαν τῷ εὐκτηρίῳ ναῷ, οἱ δὲ περιλειφθέντες ζοφώδει
χώρῳ λεληθότως προσήδρευον, ὡς ἂν εὐκαίρως ἐπιθῶνται τῷ
βασιλεῖ. τοῦ δὲ ὀρθρίου ὕμνου ἐνστάντος, πρὸς τὸ εἰωθὸς κα-
ταίρει βασιλεὺς τῷ ναῷ. ἡ ὥρα τῇ ἕῳ παρέθηγε τὸν λόχον δη-
μοσιεύουσα, εἰ μὴ τόλμα τῶν ἐπιτιθεμένων τὸν θρίαμβον ἀνερ-
V. 11 ρίπισεν. αὐτίκα γὰρ ζέοντι καὶ τομῷ θάρσει ξιφήρεις παρὰ τὸν
σκοπὸν ἐναυτομολήσαντες κατὰ τοῦ τῶν ἱερέων ἐξάρχου τὰ ξίφη
προέτειναν, τὸν βασιλέα τοῦτον ὑπάρχειν εἰκάσαντες ἐκ τοῦ

10. ξίφει λαθραίως τε L. 16. εἰσίεσαν L. 17. λεληθότος L.

peratoris ordinatione, et mox consilium in actum deducebatur. Quippe diligenter collocutus Michael cum Theoctisto clam certiores reddit participes insidiarum de occulto consilio, minaturque se coniurationem indicaturum imperatori, si aggressionem in praesens intermittant.

Hinc communi consilio rem ita constituunt, ut clam intrarent noctu per eburneam portam, ubi deo laudes consecrantur, simulantes se sacerdotes, sub vestibus gladios habentes, dein sic ad dexteram partem declinarent imperatoremque aggrederentur. Vetus enim quidam fuerat mos ut sacerdotes extra regiam de nocte exspectarent usque ad introitum, qui ipsis circa auroram erat definitus. Tamquam sacerdotes itaque coniurati ingrediebantur, veris sacerdotibus adiuncti comites. Ac sacerdotes quidem intrabant in oratorium: illi autem remanentes in loco obscuro, in insidiis latebant, ut tempore opportuno aggrederentur imperatorem. Instante autem matutino hymno imperator, ut solebat, se in templum confert. Tempus ipsum per auroram detegens insidiatores acuebat, nisi audacia aggredientium victoriam excitasset. Confestim enim fervente praecipitique audacia gladios manibus tenentes, a scopo aberrantes in sacerdotum praefectum gladios intentant, hunc putantes esse imperato-

τότε προσπεσόντος σχήματος ἀποπλανηθέντες· χειμῶνος γὰρ δριμυτάτου καθεστηκότος ὁ μὲν βασιλεὺς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἐκέχρητο διανεστηκότι καλύμματι, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ τοῦ τῶν ἱερέων καταλόγου προηγούμενος· ἐξ οὗ συνέβαινεν ὄντως τοῖς στασιώταις κατ᾽ αὐτοῦ τὴν ἐγχείρησιν ἐπιδείξασθαι. ὃς τῇ ἀθρόᾳ φορᾷ τῶν ἐπιτιθεμένων καταπλαγεὶς σφοδρὸν ἀνεβόησεν, ἕτερον εἶναι τὸν βασιλέα, πρὸς ὃν τὴν ὁρμὴν ἀπῃώρησαν. διὸ καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπεγύμνωσεν οἷα καταφανὲς γνώρισμα (φαλάκρωμα γὰρ αὐτῷ περιίστατο), ἵνα μὴ τὴν τομὴν ἐκ τοῦ παρείκοντος ἐπισπάσοιτο. B *οὐκοῦν ὁ βασιλεὺς εἰσῄει τῷ ἱλαστηρίῳ περιτυχών, καὶ τούτου τὸν σταυρὸν ἢ κατά τινας τὴν τοῦ θυμιατηρίου κρεμάθραν δραξάμενος, ἐξαπορῶν τινὸς ἀμυντηρίου ὀργάνου, ἀντιτάξασθαι ἔμελλεν. ὅμως καταφανὴς γενόμενος τοῖς αὐτὸν διαχειρισομένοις, αὐθωρὸν τοῖς ξίφεσιν ἐκερμάτιζον σταυρὸν ἐν χερσὶ κατέχοντα, ὥστε τούτῳ γε τὴν τομὴν ἀποπέμψασθαι. ἧς χάριν πρός τινα τῶν μιαιφόνων, ὑπερμεγέθη ἄνδρα, ᾧ τὸ ἓν καὶ ἥμισυ κατὰ τὸ γιγάντειον προσωνομάζετο μέγεθος, ἐπεφθέγξατο ὅρκῳ περιδεσμῶν οὗ ἐπελάβετο. ἀλλ᾽ ἀμείλικτον ὄπα κατὰ τοὺς Ἀντιμάχου παῖδας διήκουσεν, ἀντειπόντα ἐνόρκως* C *αὐτῷ μηκέτι βιώσεσθαι. καὶ εὐθέως τῇ κατακλεῖδι τὴν σπάθην καθεὶς τὴν χεῖρα διέσπασεν, ὥστε καὶ τὸ σταυρικὸν σχεδόν τι κέρας διακοπῆναι· εἶθ᾽ οὕτως αὐτὸν καὶ τῆς κεφαλῆς ἀπετείχισεν.*

3. δὲ] δὴ L. 5. στασιώταις B, στρατιώταις L. 11. περιτυχὸν L. 13. καταφανεὶς L. 15. τούτου γε L. 17. γιγάντιον L.

rem, ex oblato tunc ipsis habitu decepti. Cum enim esset hiems acerrima, imperator habebat in capite erectum tegumentum, ad eundem modum et sacerdotum ordinis praefectus; unde accidebat ut coniurati omnino hunc adorirentur. Qui tanto impetu simul invadentium perterritus vehementer exclamavit alium esse imperatorem, ad quem impetum direxissent. quapropter et caput nudavit tamquam manifestum indicium (calvitiem enim habebat), ne ictum propter similitudinem attraheret. Itaque imperator ingressus in propitiatorium fuerat, atque inde cruce aut secundum alios catena turibuli arrepta, destitutus aliis ad defendendum armis, opponere se volebat. Sed statim atque agnitus fuit a percussoribus, isti eum gladiis conciderunt crucem in manibus tenentem, ut ea saltem ictum depelleret. Qua de causa etiam ad quendam ex percussoribus, ingentem hominem, qui unum et dimidium a statura Gigantea appellabatur, locutus est, adiurans per id quod tenebat (per crucem). Sed immitem vocem, ad exemplum Antimachi filiorum, audivit, cum iuratus ei responderet haud amplius victurum. statimque idem gladio claviculae impacto manum amputavit, ita ut etiam crucis cornu fere dissectum fuerit. dein sic eum capite truncavit. Eadem autem hora vox

κατ᾽ αὐτὴν δὲ τὴν ὥραν φωνή τις ἀερόθεν ἐνήλατο ποντοποροῦσι ναυτίλοις, ὡς Λέων ὁ βασιλεὺς τῇδε διαπεφώνηκεν· οἳ συμβαλόντες τὴν ἀκοὴν τήν τε νύκτα μετὰ τοῦτο καὶ ὥραν καθ᾽ ἑαυτοὺς ἐννοήσαντες τὸ ἀληθὲς διειλήφασιν.

Κτείναντες δὲ τοῦτον οἱ φονευταὶ ἀνηλεῶς ἐν εὐλοειδέσι χώροις τοῖς πρὸς τὸ δέξιμον ἀπαγαγόντες κατέθεσαν, ὅπως ἐπὶ βραχὺ ἐκεῖσε προσμένοιεν· εἴχοντο γὰρ χρειωδεστέρων φροντίδων
D *οἱ τῷ Μιχαὴλ συναράμενοι, ὥστε τοῦτον μὲν τῆς εἱρκτῆς ἐξελέσθαι καὶ ἀναρρῆσαι πᾶσιν αὐτοκράτορα βασιλέα, ὃς διαιτήσοι τὰ πρὸς τὸν καιρὸν κατεπείγοντα, ἀσφαλείας δεούσης ἀπαιτουμένης, ἣν ταχέως εἰργάσατο. καὶ διὰ τῶν Σκύλων ἑλκυσμῷ τὸ σῶμα λυγρῶς καταικίσαντες καὶ τῷ ἱπποδρόμῳ παραγυμνώσαντες καὶ ὑποζυγίῳ μετεωρίσαντες ἐπὶ πάσης τῆς λεωφόρου προήνεγκαν, εἶτα ἐμβαλόντες αὐτὸ ἐνὶ πλοίῳ, καὶ τὴν σύμβιον σὺν τοῖς τέσσαρσι τούτων παισί, Συμβατίῳ τῷ καὶ μετονομασθέντι Κωνσταντίνῳ κατὰ τὸ στέψιμον, Βασιλείῳ καὶ Γρηγορίῳ ἅμα Θεοδοσίῳ, περὶ τὴν Πρώτην νῆσον παρέπεμψαν. κἀ-*
E *κεῖσε τῶν παίδων καταθλαδίαν ποινὴν περιστοιχουμένων, ὁ Θεοδόσιος τῆς ζωῆς ἀπεζεύξατο· καὶ ἀμφοτέρους τῆς προσηκούσης κηδείας ἠξίωσαν.*

Οὗτος δέ, ὡς φασί τινες, καὶ πρὸ τοῦ τῆς βασιλείας ἐπιλαβέσθαι τῆς δυσσεβοῦς αἱρέσεως εἴχετο. διὸ καὶ κατὰ τὸ ἔθι-
V. 12 *μον τῆς καθ᾽ ἡμᾶς εὐσεβοῦς πίστεως στείλαντος πρὸς αὐτὸν*

2. *ναυτήλοις* L. *ibid.* *συμβαλλόντες* L. 11. *σκύλλων* L. 14. *ἐμβαλλόντες αὐτῷ ἐνὶ* L. 15. *μετωνομασθέντι* L. 19. *ἀπετεύξατο* L.

quaedam ex aere percutit in mari navigantes nautas quosdam, Leonem imperatorem ea periisse: qui considerantes quod audierant, et noctem postea et horam in animum revocantes, veritatem deprehenderunt.

Cum autem eum percussores occidissent, in cloacas et receptacula sordium delatum posuerunt, ut paullisper ibi maneret. Intenti enim erant magis necessariis curis Michaelis complices, ut scilicet hunc ex carcere eximerent, et publice imperatorem declararent, qui temporis opportuni copiam faceret, cum securitas congrua requireretur: eamque is cito praestitit. Atque tunc per Scyla tractum cadaver misere foedantes, in circo denudatum, iumento sublatum, per omnem plateam tulerunt, postea impositum navigio, cum coniuge et quatuor filiis, Sabbatio, qui in inauguratione imperatoris Constantinus fuit dictus, Basilio item ac Gregorio, nec non Theodosio, in Proten insulam miserunt. Atque ibi cum exsectionis poena afficerentur, Theodosius vitam amisit. Utrumque autem congruente sepultura dignati sunt.

Porro iste Leo, ut quidam perhibent, etiam antequam imperium capesseret, impiae illi haeresi adhaeserat. Quapropter etiam cum ex more

Νικηφόρου τοῦ πατριάρχου τόμον διά τινων ἀρχιερέων ἐγγράψασθαι τὴν εὐσέβειαν, καταπράξασθαι τοῦτο διανεβάλετο ἕως ἂν αὐτῷ ἡ τῆς βασιλείας ἐπέλθοι διὰ στέφους μεγαλοπρέπεια· καὶ καθ' ἡμέραν γε τὴν δευτέραν τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐνσυνεχόμενος τῷ ὀρθοδόξῳ τόμῳ διασημήνασθαι ἀναντιρρήτως ἀπείπατο μηδ' ὅλως τῷ τοιούτῳ συνθέσθαι βουλήματι. ὅθεν καὶ τοὺς τῆς αἱρέσεως αὐτῷ συνεργοὺς ἐν τῷ παλατίῳ ἀποκατέστησεν, δίαιταν πρὸς τρυφὴν ἰδιαζόντως τούτοις δαψιλευσάμενος. μεθ' ὧν καὶ συνέριθον τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας εὑρὼν τὸν γραμματικὸν Ἰωάννην, τὸν καὶ Ἰαννῆν διὰ τὸ τῆς ἀληθείας ἀντίρροπον, τούτοις συνέταξεν. οἷς νεαροπρεπῆ πίστιν νηπιόφρων ὁ ἀποστάτης B προστάττει συγγράψασθαι. καὶ μετὰ δύω χρόνους τῆς βασιλείας ἀναίδην ἀποστατήσας, καθάπερ ὁ υἱὸς τοῦ Κίς, τῆς τῶν σεβαστῶν εἰκόνων μετεποιήσατο καθαιρέσεως, ἐντεῦθεν καὶ γράψας παντὶ ἐπισκόπῳ καταίρειν ἐν Βυζαντίῳ τῷ ὑπὸ Μεγαρέων κτισθέντι καὶ Βύζαντος, κατ' Εὐρώπην συνελθόντων ἐν τῇ τούτου πολίσει Καρυστίων Μυκηναίων καὶ Κορινθίων ἄλλων τε πολλῶν, φιλοσόφοις ἅμα καὶ ῥήτορσι. καὶ δὴ ὅτε οἱ ἐπίσκοποι τοῖς κατὰ πέραν προσήγγιζον, οὐ κατὰ τὸ εἰθισμένον προσεντυγχάνειν τῷ πατριάρχῃ ἠφίεντο, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν ἤγοντο καὶ ἄκοντες συνευδοκεῖν τῷ κακοδόξῳ φρονήματι ἐβιάζοντο. ὧν τοὺς πειθαρχοῦντας αὐτῷ προσηκούσης ἠξίου φιλοφρονήσεως, τοὺς δὲ μὴ C

2. διανεβάλλετο L. 17. πολήσει L. 19. προσεντυγχάνειν V.

piae nostrae fidei Nicephorus patriarcha ad eum misisset libellum per aliquot sacerdotes primarios, ut professionem fidei inscriberet, id facere distulit, donec sollennitas inaugurationis adesset. Sed altero die eius imperii, cum compelleretur ad subscribendum orthodoxo libello, plane negavit sese accommodaturum illius voluntati. Unde etiam haeresis suae adiutores et collegas in palatium assumpsit, victum ad luxum usque istis peculiariter largiens: cumque cooperatorem in sua doctrina invenisset Iohannem grammaticum, qui et Iannes eo quod veritati adversaretur, hunc inter eosdem cooptavit. Quibus stultus ille desertor mandavit ut novitiam illam fidem conscriberent. Ac post duos imperii sui annos palam deficiens, ut filius Cis, venerandarum imaginum eversionem aggressus est. Mox etiam ad omnes episcopos scripsit, ut se Byzantium conferrent, urbem a Megarensibus conditam ac Byzante, cum ad eam condendam confluxissent per Europam Carystii, Mycenaei, Corinthii, aliique multi, cum philosophis et rhetoribus. cumque ad Propontidem episcopi venirent, permissum illis non est ut pro consuetudine prius accederent ad patriarcham, sed ad ipsum imperatorem ducebantur et vi coacti adigebantur ut consentirent in eius pravam sententiam. Ex quibus illos qui ei morem gerebant comiter et benigne excipiebat, eos autem qui obtem-

πειθομένους αἰκίσεσι παντοδαπαῖς διημείβετο, τὰ Χριστιανῶν παρ᾽ οὐδὲν θεσπίσματα λογιζόμενος, ὡς δῆθεν καὶ ταῖς πρὸς τοὺς Οὔννους εἰρηναίαις συμβάσεσι ταῦτα συνέχεεν, ἐκείνοις μὲν ἀναθεὶς ἐργάσασθαι τὰ ἡμέτερα εἰωθότα, ἑαυτῷ δὲ καὶ τοῖς ὑπ᾽ αὐτὸν τὰ ἐκείνων θρησκεύματα. δι᾽ ὧν τάχα σεισμοὶ φρικωδέστατοι λοιμοί τε καὶ αὐχμηρίαι καὶ ἐκφλογώσεις ἀέρος, πρὸς τούτοις καὶ ἐμφύλιοι στάσεις κατὰ πόλιν καὶ χώραν πᾶσαν, ἀρχῆθεν τῆς θεομισοῦς βασιλείας αὐτοῦ μέχρι πολλῶν χρόνων διήρκεσαν, καὶ αὐτῶν τῶν στοιχείων δυσανασχετούντων οἷον τούτου τοῖς κακουργήμασιν. τοιαῦτα τὰ κατὰ δυσσέβειαν αὐ-
D τοῦ ἐννοήματα καὶ τεχνάσματα, καὶ τούτοις τὸ ἐπαχθὲς ἐγχρονίζον.

Ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν εὖ τι λυσιτελούντων διέγνωστο, φιλοπονίας οὐκ ἔληγεν· δι᾽ ἧς κατά γε Θρᾴκην Μακεδονίαν τε πᾶσαν καὶ ἕως τῶν ὁρίων τῆς Σκυθῶν γῆς πόλεις ἀνενεώσατο, αὐτὸς ἐπελθὼν σὺν στρατιώτισι φάλαγξιν, ὅπως τάς τε πολεμίων ἐφόδους ἐκτρέποιτο καὶ ταῖς τούτων ἐπισκευαῖς παρέχοι τὸ εὐπεράτωτον.

Ἦν δὲ τῷ γένει κατὰ συζυγίαν ἐξ Ἀσσυρίων καὶ Ἀρμενίων ἀναφυείς, τῶν ἰδίων γεννητόρων ἐπεξαναστάντων αὐτούς τε μιαιφονησαμένων καὶ πρὸς τοῖς τῶν Ἀρμενίων χωρίοις κατὰ φυγα-
V. 13 δείαν ἐνσκηνωσάντων, κἀκεῖσε τὸν ἀνήμερον θῆρα τεκεῖν· ἐξ ὧν

12. ἐγχρονίζων L. 16. στρατιώτησι L. 20. ἐπεξανιστάντων L. 22. τεκόντων B.

perare nollent omnis generis contumeliis ulciscebatur, Christianorum dogmata pro nihilo reputans; quemadmodum etiam in pacis foederibus cum Hunnis haec conturbavit, illis quidem attribuens nostras consuetudines, sibi autem et suis subiectis illorum caeremonias. Atque ob haec fortasse terrae motus maxime terribiles, luesque et siccitates, et inflammationes aeris, praeterea seditiones in urbe omni et ditione ab initio eius deo invisi imperii per multos annos assidue extiterunt, ipsis etiam elementis indignantibus ob eius scelera. Tales erant impiae eius cogitationes et machinationes, et durans per eas calamitas.

Caeterum in rebus utilibus suscipiendis industria incessabili erat. Qua etiam factum, ut per Thraciam Macedoniamque, etiam usque ad fines terrae Scytharum, multas urbes instauraret, ipse omnia lustrans cum militaribus copiis, ut et hostium incursiones averteret et instaurationes ad finem commode perducendi facultatem praestaret.

Erat autem mixto genere ex Assyriis et Armeniis natus, qui in proprios parentes insurrexerant eosque interfecerant atque in Armeniorum finibus in exilio habitaverant, ubi immansuetam hanc bestiam genue-

ἑτερογενές τι τεράστιον κεχρημάτικεν. Ἀρμενίους δέ φασιν ἐξ Ἀρμένου κληθῆναι τοῦ ἀπὸ Ἀρμενίου πόλεως Θετταλίας, ὃς Ἰάσονι συνεστράτευσεν. ἐκεκρατήκει δὲ Λέων τῆς βασιλείας ζ' ἔτεσι καὶ μησὶ ε' κατὰ Θεοῦ ὑψίστου ἐμμανῶς αὐχησάμενος.

runt. Armenios autem aiunt ab Armeno quodam nomen accepisse ex Armenio Thessaliae oppido, qui Iasoni fuisset comes expeditionis. Tenuit autem Leo imperium septem annis et quinque mensibus erga deum altissimum furiose insolens.

ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ Β

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΞ ΑΜΟΡΙΟΥ ΜΙΧΑΗΛ.

REGUM LIBER II

DE MICHAELE AMORIENSI.

A Ὁ δὲ Μιχαὴλ ἐν ἔτει ,ϛτκθ', ἰνδικτιῶνι ιδ', παρ' ἐλπίδα ἐξ εἱρκτῆς αὐτοκράτωρ, ὢ τοῦ θαύματος, ἀνηγόρευτο, τῷ τε βασιλικῷ θρόνῳ καθίδρυται ἔτι ταῖς σιδηροπέδαις ἐπιδεσμούμενος· ᾧ προσίασι πάντες οἱ ἐντυχόντες, καὶ τὸ σέβας προσκυνητὸν ἀπονέμουσιν. παμπόλλης οὖν ὥρας παρῳχηκυίας, καὶ τῆς κλειδὸς ἀπούσης μὴ τούτων ἀνεπτυγμένων, Ἰωάννης ὁ ἐκ γένους Ἐξαβουλίων καὶ τοῦ δρόμου τοὺς λόγους τηνικαῦτα τιθεὶς τοῖς παροῦσι ταύτην ἐμυστολέκτει τεταμιεῦσθαι ἐσθῆτι τῇ ἐνδοτάτῳ τοῦ φονευθέντος, δι' ἧς αἱ πέδαι ἀποδεδέσμηνται. ἑβδόμης δὲ ὥρας διατελούσης ἄπεισι Μιχαὴλ βασιλεὺς τῷ μεγίστῳ ναῷ σὺν
B ἅμα τοῖς δεδρακόσι τὸ τόλμημα, τῆς θείας τελεταρχίας ἀξιωθῆ-

10. ἄπεισι L.

Porro Michael anno mundi sexies millesimo trecentesimo vicesimo nono, indictione decima quarta, praeter spem ex carcere imperator (o rem mirandam) appellatur et in imperatorio solio collocatur adhuc compedibus vinctus. Ad quem accedunt omnes qui aderant et adorationis honorem deferunt. Multo autem spatio elapso cum clavis non adesset et compedes non essent solutae, Iohannes de prosapia Exabuliorum, tunc temporis cursus publici logotheta, iis qui aderant revelavit eam asservari in intima veste interfecti: qua compedes laxatae sunt. Cum autem septima esset hora, abit Michael in templum maximum cum patratoribus facino-

ναι, μηδ' ὅλως μήτε τῷ δήμῳ δειματωθεὶς μήτε τῷ δείματι τοῦ θεοῦ κατερυθριάσας, ἀλλὰ τεθαρρηκὼς μάλιστα ἐπί τε τοῖς λοιποῖς συναντήμασι καὶ προρρήσεσιν, ἔτι δὲ καὶ τοῖς προαναπεφωνημένοις Ἀθιγγάνου παρά τινος μάντεως, ὃς τῷ τηνικαῦτα στρατηλάτῃ τοῦ τῶν ἀνατολικῶν θέματος πεῖραν δεδωκὼς πολλῶν ἀποβάσεων V. 14 διετράνου τὸν Μιχαὴλ καί τινα ἕτερον τῶν δευτέρων διαδηματοφορήσειν, σαφῶς ἀπομαντευόμενος. ἀμέλει τούτου ὁ στρατηγέτης διὰ μερίμνης εἶχε πολλῆς ὅπως νυμφίους ταῖς ἑαυτοῦ θυγατράσιν ἁρμόσαιτο. ἐξείχετο οὖν τοῦ τοιούτου σκοποῦ, καί ποτε τοῦ τὴν ἐπιστασίαν ἔχοντος τῶν εἰς τράπεζαν κεκλημένων, ὃν ἀτρικλίνην φημίζουσι, κατὰ τὸ ἔθος εἰσιόντος αὐτῷ καὶ τὴν γραφὴν ἐμφανίζοντος, ἀπείπατο τῶν πολλῶν τῆς συνεστιάσεως, ἐκείνους δὲ μόνους τῆς τραπέζης καταξιῶσαι. ταύτης γοῦν διευτρεπισθείσης καὶ τῶν αὐτοῦ θυγατέρων συνεδριασασῶν, προστάττει τούτοις ὁμοταγεῖς γενέσθαι αὐτάς. οἱ δὲ τῇ ἀπροσδοκήτῳ θαμβηθέντες τιμῇ τῆς κατακλίσεως ἀπαναίνονται· ὁ δὲ διακείμενος ἐπαχθέστερον κατηνάγκαζε, καὶ τελευταῖον B πείθει κατακλιθῆναι. διαχύσεως δὲ γεγονυίας, ἅτε κατεμφορηθέντων αὐτῶν, ἐπιδίδωσι τούτοις τὰς θυγατέρας εἰς γαμετάς. οἱ δὲ κατιλιγγιάσαντες τοῦ προστάγματος πρὸς μὲν μικρὸν δυσανασχετοῦσιν ἐν τούτῳ τὸ παρ' ἀξίαν αὐτῶν λογιζόμενοι, καὶ μάλιστα Μιχαὴλ διὰ τὸ ἐκ πενεστάτων προῆχθαι καὶ τὴν τύχην ἀνεπιφάντων, ἀλλ' ὅμως πειθαρχοῦσιν ἐγκελευόμενοι.

4. ἀθιγγάνω L. 5. στρατηλάτει L. 6. τῶν Β̄ L, τῶν δύο V.
11. ἀτρικλίν̂ L. ibid. εἰσιόντι L.

ris, ut divinam inaugurationem acciperet, plane nec populi metu nec timore dei absterritus, sed confidens quam maxime cum aliis eventibus ac praesagiis, tum quae ei praedicta fuerant ab Athingano quodam vate, qui eius temporis praefecto orientalis thematis, cum documenta multorum eventuum dedisset, clare indicaverat Michaelem et alterum quendam ex inferioribus diadema gestaturum, perspicue vaticinans. Quare hi praefecto magnae curae fuere, ut sponsos filiabus suis conciliaret. Huic itaque scopo intentus erat. Atque aliquando, cum is qui curam invitandorum ad mensam habet, quem a triclinio vocant, ingressus ad eum consignationem ostendisset, noluit multos interesse convivio, illos solos mensa dignatus. Cum igitur haec instructa esset filiaeque considerent, iubet eos cum illis locum occupare. Qui inopinato honore obstupefacti accumbere recusarunt. At is nonnihil offensus coegit postremoque persuasit ut accumberent. Hilaritate autem exorta, utpote ipsis inebriatis, tradit eis filias uxores. At illi aestuantes ad hoc iussum paullisper renuunt, interea indignitatem suam reputantes, praecipue Michael, eo quod ex pauperrimis esset ortus et obscurae sortis parentibus: sed tamen morem gerunt, cum urgerentur.

Ἀκηκοὼς δέ, ὥς φασιν, ὁ Θωμᾶς τὸν Μιχαὴλ βασιλεύσαντα, ταχέως [κατ' αὐτοῦ] νεωτερισμὸν πολυάνθρωπον ἐντυρεύεται κατ' αὐτοῦ. ἀνέκαθεν γὰρ ἀλλήλοις ἀντιπεπονθότως διίσταντο· καὶ ὁ μὲν Μιχαὴλ παραπαντὸς τοῦ τῶν ἀνατολικῶν C στρατεύματος ἐτύγχανε στρατηγός, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐπίμωμος ἀπό τε τῆς πατρίδος αὐτοῦ Ἀθιγγάνων πληθὺν ἐκτρεφούσης, ὡς ἔοικε, καὶ διὰ τὸ τῆς γλώττης ἐλάττωμα καὶ τὸ μὴ ἱκανῶς ἔχειν τισὶ πρὸς ἀνδρείαν νομίζεσθαι, ὁ δὲ Θωμᾶς πᾶσι φιλοστοργούμενος διά τε τὸ ἀνδρειόφρον οὐκ ἔλαττον καὶ ἀστεῖον καὶ εὐπροσήγορον, καὶ τῶν βελτίστων οὐκ ἐλαττούμενος Λέοντος, εἰ καὶ σκυθίζων τῷ γένει, πρὸς δὲ καὶ γηραιὸς ὤν, τὸν πόδα πεπήρωτο. οὗτος οὖν κατασχὼν τοὺς τῶν δημοσίων φόρων πάντας ἀπαιτητὰς ἐγγράφως τὰς νενομισμένας ἀπεκληροῦτο εἰσπράξεις, ἐξ ὧν διανομὰς ἐν λαοῖς ποιησάμενος στρατηγεσίας κατὰ D τοῦ Μιχαὴλ ἐγκρατῶς διατίθησιν. οὐδεὶς δὲ τῶν ἐξ ἀνατολῆς ὡρμημένων ἀπελιμπάνετο, οὐδὲ τῆς ἑσπέρας αὐτῆς, οὐ τῶν ἐξ ἐθνῶν ἐπηλύδων, οὐκ αὐτοχθόνων, οὐ γειτονούντων, οὐ τῆς δουλικῆς μοίρας ὅσον παρῆν μισοδέσποτον, οὐχ ὁλοκλήρων ἐθνῶν, κατὰ διαφόρους καιροὺς οἳ οὐχ αὐτῷ προσερρύησαν καὶ συνείποντο, οἱ μὲν κατὰ γῆν, οἱ δὲ κατὰ θάλασσαν, νέῳ Ξέρξῃ κἀν ὁμοπίστοις ἀναφανέντι, ὡς ἐντεῦθεν καὶ πάντα τὰ θέματα σὺν τοῖς στρατηγοῖς σπένδεσθαι τούτῳ συνέβαινεν, Ὀλβιανοῦ μόνου, τοῦ τῶν Ἀρμενιακῶν στρατηγοῦντος, τούτους περινοίαις

18. ὅσον περ ἦν B.

Cum autem audivisset Thomas Michaelem imperatorem, tradunt eum statim rebellionem instituisse conflata ingenti hominum multitudine. Ab initio enim inter se contrarii dissidebant: ac Michael quidem erat toti orientalium themati praefectus, sed non parum invidiae obnoxius, cum ob patriam quae Athinganorum multitudinem alebat, ut videtur, tum propter linguae vitium, tum vero etiam quod non satis strenuus ac fortis putaretur: Thomas contra ab omnibus diligebatur, eo quod fortis et strenuus, nec tamen non urbanus et affabilis esset, atque in rebus optimis Leone non inferior, quamvis genere ad Scythas pertinens, atque insuper senex, et in altero pede mutilus. Iste igitur conciliatis sibi publicorum vectigalium exactoribus, scripto vindicabat exactiones usitatas, unde largitionibus in populum factis militiam contra Michaelem roborat. Nemo ex orientalibus relinquebatur neque ex occidentalibus, non ex advenis quisquam, non ex indigenis, non ex vicinis, non ex iis qui servilis conditionis, si qui essent dominis infensi, quin diversis temporibus ad eum confluerent eumque sequerentur terra marique, novum Xerxem inter suos habitum; ut propterea omnia themata et eorum duces cum eo paciscerentur, Olbiano solo, qui erat Armeniorum dux, his sua

σὺν τῇ τεκούσῃ προσδέξασθαι, τά τε παρ' αὐτοῦ χυδαιούμενα τῶν εἰκόνων σεβάσματα δόξης μεγαλοπρεποῦς εὐτυχῆσαι, αὐτόν τε τὸν πατριάρχην καθαιρέσει διυβρισθῆναι. ὁ οὖν βασιλεὺς τοῖς προλεχθεῖσι καὶ ἐν τούτῳ πιστούμενος κατηγγυάσατο διορκώσει τήν τε αὐτοῦ γαμετὴν καὶ τὸν λογοθέτην Θεόκτιστον τοῦ μηδὲν ἑτεροιῶσαι τετολμηκέναι μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν τῶν παρ' αὐτοῦ ἐκτεθεσπισμένων τὸ σύνολον, καὶ μήτε τὸν Ἰωάννην τοῦ πατριαρχικοῦ ἐξωθῆσαι ἱδρύματος. V. 34

Οὐκ ἠρεμεῖν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐκεκρίκει ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀμορίου καταστροφῇ χαλεπῶς ἀνιώμενος· διὸ καὶ στέλλει πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίας τὸν πατρίκιον Θεοδόσιον τὸν ἐκ Βαβουτζίκων φυέντα

7. κατηγορουμένῳ V. 20. ἐξωθῆναι V. 23. βαβουτζίξω L.

diceret futura. Atque illa clare vaticinatur quid ei eventurum esset, dicens "tu liberique tui tondebimini, sacrandi clericorum habitu et statu, imperatore Basilio." Id quod omnino contigit. Cum enim in offensionem imperatoris incurrisset, praedictio cum vitae fine finem sortita est. Similiter Nicetae filio eius speciali secreto praeposito, cum imperator infremuisset: nec minus Georgio cui militares tabulae concreditae erant; fore interficeretur gladio in funda circi, omnisque eius substantia fisco imperatorio addiceretur. Praeter haec praedixit mulier illa Theophilo imperium post mortem eius filium per vices cum matre suscepturum, quosque ipse profanasset imaginum cultus gloriam illustrem consecuturos, ipsumque patriarcham defectionis infamiam subiturum. Itaque imperator his praedictionibus penitus persuasus, iureiurando constrinxit uxorem suam et Theoctistum logothetam, ut nec quidquam omnino mutare auderent post eius mortem eorum quae ipse sanxisset, et ne Iohannem quidem patriarchali sede pellerent.

Porro imperator minime quiescendum sibi esse decrevit propter Amorii eversionem. Quare mittit ad regem Franciae Theodosium patri-

καὶ αὐτοῦ ἀγχιστέα, τοῦ κατ' ἐπικουρίαν συνθέσθαι αὐτῷ πολύανθρωπον στράτευμα, καί τινας ὑποστρατήγων αὐτοῦ χωρῶν τε καὶ πόλεων τινὰς Σαρακηνικῶν τῶν μεταξὺ Λιβύης καὶ Ἀσίας καταληΐσασθαι.

Τῇ δὲ προτεραίᾳ κατὰ Συρίαν διατρίβων ὁ Μανουὴλ ἔν τε λόγων πολυπείρων συνέσει καὶ πράξεων περὶ πολλοῦ ἐπεπόθητο τῷ τε ἀρχηγῷ τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ τοῖς αὐτῷ παραδυναστεύουσι,
B καὶ πλείστας ἀνδραγαθίας, καθ' ὅσον χρόνον ἐκεῖσε διῆγε, κατὰ τῶν ἀντιμαχούντων αὐτοῖς πλησιοχώρων τε καὶ τῶν πόῤῥω διῳκισμένων εἰργάσατο, ὧν τὰ πλείω μετὰ τῶν κατὰ φυλακὴν αἰχμαλώτων Ῥωμαίων δι' ἑαυτοῦ συστρατεῦσαι αὐτῷ ἐξαιτηθέντων· ὥστε καὶ τὸ Χωρῶσαν κατασχεῖν καὶ ὑπὸ χεῖρας τῷ ἀμεραμνουνῆ καταπράξασθαι. ἀλλὰ δὴ καὶ κατὰ θηρῶν ἀτιθάσσων τὴν ἐκεῖσε χώραν αὐτούς τε τοὺς κατοικοῦντας διαλυμαινομένων ἠρίστευσεν, ὥστε θαυμαστὸν κατ' ἄμφω τοῖς Ἰσμαηλίταις νομίζεσθαι. διὰ ταῦτα φιλοῦσιν αὐτὸν ἐξαιρέτως καὶ μᾶλλον αὐτῷ προσῳκείωνται, ἐπειδὰν αὐτῷ οἰκονομικῶς ἀποστάντι, κἂν ἐν σχήματι τῆς καθ' ἡμᾶς εὐσεβείας διέγνωσαν, καὶ αὐτῷ ἐγχειρίζουσι τὰ τῶν πολε-
C μίων συστήματα ἐκστρατεύειν καθ' ὅσον ἔχει βουλήσεως καὶ δυνάμεως. ἐν μέσῳ δὲ χρόνων πολλὰς ἀριστείας καταπραξάμενος ἐξιέναι κατὰ Ῥωμαίων σὺν τῷ υἱῷ αὐτοῦ παρὰ τοῦ ἀμεραμνουνῆ κατηνάγκαστο, ἢ τοῦτο προσεπεποίητο. καὶ δὴ γεννάδας ὑπασπιστὰς σὺν χρήμασιν αὐτοῦ ἱκανοῖς ἐπεπόμφει πρὸς πολίχνην ἣ

16. προσῳκειώνται L. 18. fort. τῶν πολιτῶν.

cium ex Babuzicorum familia, affinitate sibi iunctum, ut auxiliares copias ab eo compararet, numerosas, ac de ducibus eius aliqui regiones urbesque Saracenorum inter Libyam et Asiam popularentur.

Ceterum superiore tempore Manuel cum in Syria commoraretur, propter doctrinam et multarum rerum experientiam multum diligebatur a duce Agarenorum iisque qui iuxta eum plurimum valebant, plurimaque praeclara facinora omni illo tempore quo ibi habitavit adversus belligerantes cum ipsis cum vicinos tum longius remotos edidit, eorumque pleraque cum Romanis captivis, quos precibus impetraverat ut ad bellum cum ipso proficiscerentur; ita ut et Chorasan ceperit atque ameramnuni subiecerit. Quin et feras bestias regionem cum incolis vastantes et infestantes devicit, ita ut in utroque admirationi esset Ismaelitis. Quapropter diligunt eum valde, magisque ei assuescunt, cum scirent eum utili consilio ita desciviese ab imperatore, quamvis eum religioni nostrae addictum viderent, et permittunt ei adversus hostiles globos exercitum educere prout vellet ac posset. Cum igitur intermedio tempore multa praeclara facinora edidisset, expeditionem adversus Romanos suscipere cum filio ameramnunis coactus ab isto fuit, aut potius id simulavit. Sane strenuos propugnatores cum suis opibus bene multis misit

Γέρων ἐκέκλητο, προσημηνάμενος λάθρα καὶ τοῖς ναέταις τῆς
πόλεως τὴν δέουσαν ἐπιθεῖναι ὀχύρωσιν διὰ τὴν τῶν Σαρακηνῶν
ἐσομένην ἔφοδον. τῶν οὖν ἑκατέρων μερῶν στρατοπεδευσάντων
ἔξεισιν ὥσπερ ἀγωνιστὴς τολμητίας, καὶ τὸ δόρυ εἰς τοὐπίσω
προτείνας τοῖς Χριστιανοῖς ὅλως συντέτακτο πρὸς τὴν ῥηθεῖσαν
πολίχνην καταφυγών, τῷ τε υἱῷ τοῦ ἀμεραμνουνῆ χαριστήρια D
διεπέμπετο οὗ πρὸς αὐτὸν χάριν εὐμενῶς διετέθησαν, καὶ τῇ πό-
λει χαρμονικῶς ἐπεδήμησεν, καὶ τῷ ἐν Βλαχέρναις τῆς θεοτόκου
εἰσῄει ναῷ, ὡς ἐν τούτῳ πλέον εἰδὼς τὸν Θεόφιλον ἀπονέμειν
σέβας αἰδέσιμον· ὑφ᾽ οὗ καὶ πληροφορίαν συμπαθείας ἐδέδεκτο
καὶ ἐπὶ πλεῖστον πεφιλοτίμητο, σεβασμιωθεὶς μαγιστρότητι.

Τοῦ δὲ βασιλέως διαπρακτήσαντος ἐπὶ τῇ κατὰ Ἰσμαηλι-
τῶν Φραγγικῇ ἐκστρατείᾳ, διὰ τὸ τὸν ἐσταλμένον πρὸς αὐτοὺς
Θευδόσιον μεταξὺ ἀπαλλάξαι τὸν βίον, πᾶς τις ἠθύμει, μάλιστά
τε πρὸς τελευτὴν ἤδη τοῦ βασιλέως ἀπονεύοντος, ἅτε φθινάδι E
νόσῳ καὶ γαστρὸς δυσεντερικῇ διαρροίᾳ περιπεσόντος. ὡς δὲ
ταύτῃ τῇ ἀρρωστίᾳ συντέτηκτο καὶ πρὸς τὰς ἐσχατιὰς τοῦ θανά-
του προέκυπτεν, ἐπὶ κλίνης αἰρόμενος πρὸς τὴν Μαγναύραν
ἀπῄει, κἀκεῖσε πάντας ἐκκλησιάσας δημηγορίαν οἰκτρὰν κατὰ τὸ
εἰκὸς ἀποφθέγγεται, καθὼς ὁ λόγος ταύτην ὧδε μορφώσειεν.
"ἐμὲ θρηνησάτω ὁ ἐμὸς ἅπας λαός, ἐπολοφυρέτω με σύγκλητος V. 35
καὶ σύμπαν τὸ πρὸς θεραπείαν οἰκεῖον ἄθροισμα διολολυξάτω,

9. εἰσίει L. 15. φθινάδει L.

in urbem Geron vocatam, in antecessum clam significans incolis urbis ut sufficienter eam munirent propter instantem Saracenorum hostilem adventum. Cum igitur utrimque constitissent exercitus, procedit tamquam bellator audaculus, atque hastam retro protendens plane Christianis se adiunxit, in praedictam urbem fuga elapsus, filio autem ameramnunis gratias egit, quod benevoli erga ipsum fuissent, atque in urbem (Constantinopolim) laetus pervenit, templumque deiparae in Blachernis ingressus est, ut qui sciret illi Theophilum plurimum deferre cultus ac venerationis. A quo (Theophilo) fidem ac certitudinem veniae accepit, plurimumque ab eo honoratus et magistri dignitate cohonestatus fuit.

Ceterum cum imperator nihil effecisset in paranda expeditione Francica adversus Ismaelitas, eo quod is qui missus ad eos fuerat Theodosius interea e vita decessisset, quilibet contristabatur, praecipue ad finem vitae iam inclinante imperatore; ut qui in tabidum morbum ac dysenteriam ventrisque profluvium incidisset. Qua infirmitate tabefactus mortique vicinus, in lectica portatus ad Magnauram venit, atque ibi omnibus convocatis orationem miserabilem pro re nata pronuntiat, ut ratione quadam in hunc modum formari possit. "Me defleat populus meus universus, lamentetur me senatus, totusque domestici famulitii grex ululet,

ὅτι περ κομῶν τῇ νεότητι σὺν εὐδαιμονίᾳ τοσαύτῃ ἄρτι τούτων ἐκτειχισθήσομαι, πολλῷ δὲ μᾶλλον γυναικὸς νεαζούσης καὶ παιδὸς ἀνήβου, ὧν τὴν στέρησιν πάντως καὶ πρὸ τελευτῆς ἀποκλαίομαι, οὐχ ἧττον δὲ τὴν αὐτῶν ἐρημίαν μετά γε τὴν αὐτοῦ ἀποβίωσιν. διά τοι ταῦτα μέμνησθέ μου, παρακαλῶ, τῶν τοιούτων τελευταίων ῥημάτων καὶ τῆς ἡμετέρας πρὸς ὑμᾶς προμηθείας καὶ γαληνότητος· ὧν ἀντίδοτέ μοι τὴν μετὰ θάνατον εὔνοιαν πρὸς αὐτούς, ὥσπερ καὶ ἐπ' ἐμοὶ τὰ τῆς εὐγνώμονος καὶ ὀρθῆς διαθέσεως διανοούμενοι καὶ καταπραττόμενοι. οὐκ ἔτι γὰρ ὑμᾶς θεάσομαι τοῦ λοιποῦ, οὐ τοιούτοις παρακαλέσομαι B ῥήμασιν, οὐ τοσαύταις δυσωπήσομαι παραινέσεσιν, οὐχ ἱκετεύσω σὺν δάκρυσιν." τοιαῦτα προσειπόντος τοῦ βασιλέως πολὺς ὀδυρμὸς στεναγμός τε καὶ κωκυτὸς παρὰ πάντων ἀνεπέμπετο.

Συγκυκῶν δὲ Θεόφιλος τὸ τῆς εὐσεβείας ἄκλυστον πέλαγος τοὺς ἐν αὐτῷ πλέοντας ἀκυμάντως δεινῶς ἐκλυδώνιζεν· ἐν οἷς καὶ τὸν σύγκελλον Μιχαὴλ τῆς Ἱεροσολυμίτιδος ὁμηγύρεως σὺν ἅμα πολλοῖς ἀσκηταῖς φυλακαῖς ἐναπέκλεισεν, μεθ' ὧν Θεοφάνην τε καὶ Θεόδωρον τοὺς τῆς ὀρθοδοξίας συνασπιστὰς Σκυθικῶς ἐπιπροσωπείοις διεγράψατο κεντήμασιν. τοιαῦται δὴ καὶ τοσαῦται αἱ κατὰ τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ θύελλαι διενέσκηπτον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ χειμῶνες πολλοὶ κατ' ἀέρος, δυσφορίαι τε καὶ αὐχμηρίαι C καὶ σιτόδειαι ἐκ δυσκρασίας, παλμοί τε καὶ ἀναβρασμοὶ γῆς καθ' ἡ-

4. ἧττων L. *ibid.* αὐτοῦ] αὐτῶν L. 16. ἱεροσολυμήτιδος L. 18. ἐπὶ προσωπίοις L.

quod florens aetate ac felicitate tanta iam ab istis separabor, multoque magis quod ab uxore florente filioque impubere, quorum iacturam utique et ante obitum deploro, nec minus autem orbitatem eorum post meum e vita discessum. Quapropter mementote quaeso huius novissimae orationis nostraeque erga vos curae et mansuetudinis, proque his reddite mihi post meam mortem benivolentiam erga ipsos, quasi erga me ipsum grati ac recti affectus officia meditantes et perficientes. Non enim amplius vos videbo posthac, non talibus obsecrabo verbis, non tantis commovebo animos vestros adhortationibus, non obtestabor cum lacrimis." Post talem imperatoris allocutionem multus eiulatus et gemitus et ploratus ab omnibus edebatur.

Dum autem conturbaret Theophilus religionis tranquillum mare, navigantes in eo sine fluctibus diris fluctuationibus exercuit: atque inter hos etiam Michaelem syncellum Hierosolymitani coetus cum multis monachis in carcerem inclusit, interque eos Theophanem et Theodorum, orthodoxae fidei defensores, Scythico more in frontibus conscripsit punctis. Tales tantaeque procellae ipso excitante adversus religionem ingruerunt. Quin et in aere hiemes tempestatesque vehementes, itemque et siccitates, et penuria rei frumentariae ex intemperie, concussiones

μέραν τῆς αὐτοῦ βασιλείας γεγόνασιν, καὶ φυγὴ καθόλου παρῆν εὐσεβῶν ἐν χειμῶνι τῆς αὐτοῦ ἀσεβείας, κατὰ τὸ λόγιον, καὶ οὐδενὶ παντὸς σαββάτου ἀνάπαυσις ἐξ ἀπανθρωπίας αὐτοῦ θυελλιζούσης Χριστιανῶν γαληναῖον κατάστημα. καὶ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις αὐτοῦ κακοτεχνήμασι τὸν Ἰαννῆν πατριάρχην καθίστησι, συμμύστην καὶ λειτουργὸν τῆς κακίστης αἱρέσεως.

Ὅστις Θεόφιλος μετὰ πλειόνων ἐλαττωμάτων ὑπέροφρυς ἦν, κἂν ἔν τισι τῶν καλῶν εἴτε ἑκὼν εἴτε ἄκων πεφιλοτίμητο πλεονεκτήμασι φύσεως. καὶ γὰρ τῶν τειχῶν Βυζαντίδος τῆς πόλεως χθαμαλῶν ὄντων καὶ τοῖς πολεμίοις ἐντεῦθεν ἐμπαρεχόντων τὸ εὐεπίβατον, οὗτος ὑψώσας ἀνενεώσατο, τούτοις καθεὶς D γραφὴν τοῦ ἰδίου ὀνόματος. πρὸς ἔπαινον δὲ καὶ τοῦτο τὸ φιλότιμον ἐντεθείσθω, ὃ καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἴσως ἔστω ἀπόδεκτον τὸ φιλοκερδὲς ἀποσειομένοις ἢ μᾶλλον κακοκερδές, κἂν ἐξ ὑπεροψίας εἰπεῖν οἰκειότερον. ποτὲ γὰρ πλοίου διερχομένου κατὰ τὴν ἅλα τοῦ Βουκολέοντος, περί γε τούτου ὁ βασιλεὺς ἐπυνθάνετο τίνος ἂν εἴη. οἱ παρεστῶτες ἀπολελόγηντο "τῆς δεσποίνης." ὁ δὲ δυσφόρως διατεθεὶς ἐπὶ τούτῳ προσκαλεῖται ταύτην, καὶ παρ' αὐτῆς τὸ ἀληθὲς ἐγνωκὼς "οἴμοι" ἔφη "φανερωθὲν ναυκλήρῳ, ἐπείπερ τοῦτο τῆς ἐμῆς συμβίου καθέστηκεν," καὶ ἅμα τῷ λόγῳ παρεκελεύετο πυρποληθῆναι τὴν ναῦν σὺν τοῖς ἀγωγί-

12. πρὸς ἐπαίνου δὲ καὶ τὸ τούτῳ φιλότιμον L. 19. φανερωθὲν] f. φανερωθέντι.

denique et tremores terrae, in diebus imperii eius extiterunt, et summatim fuga erat piorum in hieme eius impletatis, secundum oraculum, nec ulli quovis sabbato requies ab eius immanitate, Christianorum tranquillum statum turbante et iactante. Etenim eiusmodi improbarum eius machinationum et id fuit quod Iohannem patriarcham constituit, socium et administrum pessimae illius haeresis.

Idem Theophilus in pluribus vitiis etiam superciliosus erat ac superbus, quamvis in laudabilibus etiam quibusdam contenderet, sive sponte sive non sponte, abundantia naturae. Etenim cum muri Byzantinae urbis essent humiles ac proinde hostibus facilem praeberent ascensum, iste eos altius eductos instauravit, in quibus nominis sui inscriptionem fecit. Ad laudem etiam hoc eius generosum factum addatur, a principibus fortasse non improbandum, lucri cupiditatem aut potius eius turpe studium a se amolientibus, quamquam convenientius superbiae ascribendum. Aliquando enim nave transeunte apud Bucoleontem, super ea quaesivit imperator cuius esset. Adstantes respondebant "dominae." Tum ille aegre id ferens, accersit eam, cumque rei veritatem ex illa comperisset, "hei mihi" inquit: "nauclerі effecti sumus, quandoquidem haec coniugis est meae." Quod simul ac dixit, comburi navem imperavit una cum merci-

V. 36 *μοις πολλοῖς καὶ τιμίοις κατὰ πραγματεῖον ὑπάρχουσιν, μὴ τούτων ὅλως φεισάμενος εἰς ἔπαινον βασιλικῆς τιμιότητος δημοκηδίᾳ μᾶλλον ἢ δημοβορίᾳ συνιστώσης ἐπίκτησιν.*

Πολυπράγμων δὲ περὶ ζητημάτων τῶν ἀποκρύφων ἐτύγχανε λίαν Θεόφιλος· ὧν χάριν καὶ Μεθόδιον τὸν ὅσιον, ἅτε σοφὸν ὄντα καὶ περὶ τὰς λύσεις αὐτῶν ἱκανῶς ἔχοντα, τῆς φυλακῆς ἀνερρύσατο, συνδιάγειν αὐτῷ κατὰ τὸ παλάτιον αἱρησάμενος, κἂν διὰ τὸ ὀρθὸν δόγμα πως αὐτὸν ἐμυσάττετο.

Ὃς τὴν τῆς βασιλείας ἀρχὴν διαιτήσας ἐπὶ ιβ' ἔτεσι μησί τε τρισὶν κατὰ τὴν προρρηθεῖσαν νόσον τὸ κοινὸν ἀνέπλησεν ὄφλημα, μετὰ Ἰαννοῦ ΚΔ ἀφρόνως τῆς ὀρθοδόξου πλεῖστα καταλαζονευσάμενος πίστεως.

11. *ΚΔ*] his notis numeros non indicari patet. Bergleri commentum delevi.

bus, quae multae et pretiosae erant ad negotiandum comparatae; plane non parcens illis ad laudem imperatoriae dignitatis, non exsugendo populum sed ei prospiciendo possessionem acquirentis.

Curiosus autem erat valde circa occultas quaestiones Theophilus: quapropter etiam sanctum Methodium e carcere liberavit, utpote virum sapientem et ad eas solvendas idoneum, secum esse eum in palatio cupiens, etiamsi propter orthodoxam fidem eum quodam modo aversaretur.

Hic igitur cum imperii regimen administrasset per duodecim annos mensesque tres, ex morbo de quo diximus commune debitum naturae implevit, postquam adversus orthodoxam fidem plurimas insolentias insipienter exercuisset una cum Iohanne *ΚΔ*.

ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ Δ
ΠΕΡΙ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΟΥ.

REGUM LIBER IV
DE MICHAELE THEOPHILI FILIO.

Τὰ δὲ πατρῷα σκῆπτρα ἐν ἔτει ‚ϛτμʹ, ἰνδικτιῶνι εʹ, διιθύνειν A καταλιμπάνεται Μιχαὴλ σὺν μητρὶ Θεοδώρᾳ θεόφρονι, αὐτοῦ τε τὰ τῆς ἐπιτροπείας ὅ τε πατρίκιος Θεόκτιστος καὶ Μανουὴλ ὁ πρωτομάγιστρος ἠξίωται, ᾧ καὶ διὰ μερίμνης ἐνῆν τὸ φιλοδεσποτεῖν καὶ λόγοις πρὸς τοῦτο καὶ πράξεσι διατίθεσθαι. οὐκοῦν ἔξεισι κατὰ τὸν ἱππόδρομον, καὶ πάντα τὸν ὑπασπιστὴν λαὸν συναγείρας καὶ οἷς πληροφορίαν ἐκέκτητο στρατιώταις τὰ πρὸς εὐπείθειαν αὐτῷ συντηρῆσαι, προοίμιον οὕτω τοῦ λόγου προδιατίθησιν. “οἴδατε πάντες, ὦ ἄνδρες, ὁποῖα τὰ πρὸς ὑμᾶς τῆς ἀγάπης γνωρίσματα, ἔν τε κηδεμονίαις ἔν τε προστασίαις φιλό-

Inscr. Βασιλειῶν δʹ om. L. 10. κηδεμονείαις L.

Paternum autem imperium anno mundi sexies millesimo trecentesimo quadragesimo, indictione quinta, gubernandum relinquitur Michaeli matrique Theodorae piae ac fideli, ipsiusque tutela patricio Theoctisto et Manueli primo magistro commissa. Cui Manueli et curae erat ut dominum diligeret, et verbis factisque ad eam rem se componeret. Itaque progreditur in circum, cunctisque satellitibus convocatis et militibus in quos fiduciam habebat, fidem et oboedientiam erga eum conservaturos, eiusmodi orationem orditur. “Scitis omnes, o viri, qualia nostri erga vos amoris extent documenta, dum in curá pro vobis gerenda et patro-

φροσι, σὺν ἅμα ταύταις καὶ εὐεργεσίαις, μηδ' ὅλως ἐξισταμέ-
B νων ἡμῶν. καὶ διὰ τοῦτο χρεὼν ὑμᾶς ἡμῖν ἀποδοῦναι τὰς ἀν-
τιχάριτας, ἔν τε λόγων πειθοῖ καὶ τῶν ἔργων· καὶ ὅπερ ἂν ἡμῖν
αἱρετὸν διακέκριται, τοῦτο ἑλέσθαι σπουδάζοιτε, καὶ ὃ ἐὰν ἀρέ-
σκον, κατὰ σπουδὴν καὶ προαίρεσιν τὸ εὐπειθὲς αὐτῷ μέχρι καὶ
κινδύνου παντὸς ἐπιδείξασθαι." τούτοις οὖν αὐτοὺς παραινέ-
σας, παραχρῆμα ἅπαντες τὰ τῆς ἀρεσκείας αὐτῷ καὶ ὑπακοῆς
δι' ὅρκων συχνῶν παρετίθεντο· ἠλπίκεσαν γὰρ κατὰ νοῦν ὄρεξιν
ἔχειν τῆς βασιλείας τὸν Μανδὺηλ καὶ διὰ τοῦτο τοιαῦτα κατεπᾴ-
δειν αὐτῶν, εἰ καὶ τὰ ὑπεναντία τούτοις παρ' αὐτοῦ διηγόρευτο.
ἐκεκράγει γὰρ διαρρήδην "Μιχαὴλ τε καὶ Θεοδώρας τὰ ἔτη πρὸς
πλεῖστον ὁδεύσειεν." ὡς δὲ ταύτης τῆς ἀναρρήσεως διενήχηντο,
C ἐπλήσθησαν ἀθυμίας καὶ πολυειδοῦς ἐνεφορήθησαν θλίψεως,
ἀλλ' ὅμως τὸ προσταγὲν ἐξεπλήρουν· καὶ τὰ τῆς αὐτοκρατορίας
διετετράνωτο.

Καὶ τὰ τῆς ὀρθοδοξίας ἀνακαλύπτεται, καιροῦ λαβόμενα
εὐαγοῦς καὶ θεοφιλίας ἀνδρῶν εὐπροθέτων, τῆς στυγητῆς αἱρέ-
σεως τῶν εἰκονομάχων διασυρείσης ἀπὸ βασιλείας Λέοντος τοῦ
Ἀμαληκίτου μέχρι χρόνων λ'. εἴχοντο δὲ τοῦ εὐθέος σκοποῦ ὅ τε
Θεόκτιστος, ἄλλως τε καὶ αὐτὸς Μανουήλ, εἰ καὶ διὰ μέσου
V. 38 τινὸς παρεμπεσόντος διώκλασεν. ἀλλὰ περιπίπτει τινὶ ἀρρωστίᾳ,
δι' ἥσπερ ἀπέγνωστο· καθ' ἣν θεὸς παραδοξοποιῶν ὡς ἐπὶ τοῦ
Ἐζεκίου δηλαδὴ καταφαίνεται. συνείχετο τοίνυν τῇ νόσῳ καὶ

10. αὐτῶν] αὐτὸν L. 17. θεοφιλείας L.

cinii comitate cum beneficentia coniuncta neutiquam officio desumus. Quapropter decet vos nobis referre gratiam, dictorum et factorum oboedientia: atque quod nostro iudicio placitum fuerit, hoc facite ut vobis placeat, placitoque studiose et volenter oboedientiam, etiam periculi tenus cuiusvis, accommodate et ostendite." His cum eos adhortatus fuisset, statim omnes promptam erga ipsum voluntatem et oboedientiam multiplici iureiurando detulerunt: putabant enim eum in animo habere affectationem imperii, ac propterea talia incantare. Sed contrarium ipse indicavit: clamavit enim clara voce "Michaelis et Theodorae anni longissime procedant." Quam acclamationem ut perceperunt, tristitia repleti sunt variaque anxietate satiati, sed tamen iussionem impleverunt: atque imperii initi ratio fama divulgabatur.

Atque orthodoxa fides revelatur, occasionem nacta piam et virorum bonum propositum habentium religiosum affectum, cum detestabilis haeresis imagines oppugnantium deducta fuisset inde ab imperio Leonis illius Amalecitae ad trigesimum annum. Tenebant autem hoc rectum consilium Theoctistus, ac praeterea ipse Manuel, etsi hic interveniente tempore quodam nutaret. Sed incidit in aliquem morbum, ob quem pro desperato habebatur: in illo morbo deus miraculose agere visus est, ut in Ezekia scilicet. Hoc igitur morbo tenebatur, et vehementer maceraba-

χαλεπῶς ἐτετρύχωτο καὶ ἐγκατόχῳ κάρῳ νενέκρωτο, ὡς ἐντεῦθεν ἐδόκει πᾶσι τεθνάναι, εἰ καὶ βραχύ τι πνεῦμα ἐν αὐτῷ ἐσπινθήριζεν ἀμυδρά τε φωνὴ διαστηματικῶς ἐξ αὐτοῦ διηκούετο. πρὸς ταῦτα τί γίνεται, καὶ τί τὸ περὶ ἡμᾶς τοῦ θεοῦ μηχανούργημα; διανίστησι μοναχοὺς τῶν Στουδίου, ἄνδρας τῷ ὄντι θεῷ γνωστούς, ἐπισκεψαμένους κατὰ τὴν ὑστεραίαν αὐτόν. ἐξήκουστο γὰρ ὅτι περ ἀπεβίω, καὶ συνεπεφοιτήκεσαν ὅπως ἐπικηδείους αὐ- B
τῷ ὕμνους προσοίσειαν· ὃ τέως ἐπεποιήκεσαν, ὀλιγοδρανέοντι κατὰ ποίησιν. καὶ προσελθόντες τῇ κλίνῃ τῶν μοναζόντων τινές, περὶ ὧν ἤδη ἀνωτέρω μνείαν πεποιήμεθα, τεθαρρηκότες θεῷ καὶ τῇ τῆς ἀρετῆς τελειότητι ἀναθαρροῦσι τὸν ὡς νεκρὸν ἢ μετ' ὀλίγον ἐσόμενον, λέγοντες τοῦτον ἀναρρωσθήσεσθαι. τοῦ δὲ ἐκ βάθους ἐστενωμένης ψυχῆς μικρόν τι ἀνενεγκόντος καὶ διαπορήσαντος εἰ τοῦτο ἔσται αὐτῷ κατ' ἐλπίδα, ἐπεβόησαν ὡς "εἴπερ ἐν ὑποσχέσει ἔστι σοι πρὸς θεὸν τὰς θείας εἰκόνας κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἀνανεώσασθαι, τὴν ζωὴν εὐαγγελιζόμεθα βεβαιούμενοι." ἀπῄεσαν, καὶ τὸ εὐαγγελισθὲν συντόμως ἐπεπραγμά- C
τευτο, καὶ παραδόξως ὡς ἐξ ᾅδου ἀνέδυ τοῦ θανάτου ἀπαλλαγείς. ὡς οὖν ἑαυτὸν διέγνωκε παρ' ἐλπίδα τῆς ἀσθενείας ἀπορραΐσαντα, πρὸς βασίλισσαν Θεοδώραν ὀρθοδόξως διαγωνίζεται, φράζων αὐτῇ τὰς σεβαστὰς ἀνακαινίζειν εἰκόνας κατὰ τὸ πρότερον, καθὼς περὶ τούτου τάχα καὶ ταύτῃ συνήρεσκε θεοφιλίας γνησίας ἐξεχομένῃ, συνεπιλαμβανομένης ὥς φασι καὶ πατρικίας

17. ἀπίεσαν L. 22. Θεοφιλείας L.

tur ac intus stabulante torpore mortificabatur, ut omnibus videretur mortuus esse, etsi exiguum spiraculum scintillaret exilisque et debilis vox per intervalla ex ipso audiretur. Ad haec quid fit, et quae dei machinatio? Excitat monachos ex Studii monasterio, viros revera deo notos et amicos, qui visitarent ipsum postridie. Auditum enim fuerat quasi mortuus esset, conveneranteque ut hymnos funebres ei accinerent: quod usque adhuc fecerant, languido et debili. Cumque accessissent ad lectum quidam ex monachis, de quibus superius mentionem fecimus, confisi deo et virtutis integritati, bono animo esse iubent illum quasi mortuum aut iamiam moriturum, dicentes eum convaliturum. At illo ex intimo pressae angustiis animae non nihil respirante ac dubitante an sperandum id sibi esset, acclamarunt "quod si pollicitus fueris deo te divinas imagines in pristinum statum restituturum et instauraturum, vitam tibi laeto nuntio annuntiamus, pro certo affirmantes." Abierant: atque is, sicut annuntiaverant, miraculose quasi ab inferis emersit, morte liberatus. Ut igitur se cognovit praeter spem a morbo convaluisse, cum imperatrice Theodora de orthodoxa fide agit et contendit, indicans ei ut venerabiles instauraret imagines in statum pristinum; quemadmodum de ea re forte et ipsi imperatrici videbatur et placebat, quod pietati et

τῆς ταύτης μητρὸς καὶ τῶν αὐταδέλφων αὐτῆς πατρικίων.
ἀλλ' ἀντέπιπτεν αὕτη τούτοις καὶ τῷ Μανουὴλ ἐπὶ μᾶλλον, εἴτε
διὰ τὴν τοῦ τηλικούτου μετάθεσιν πράγματος, εἴτε διὰ φιλαν-
D δρίαν ἴσως παράλογον, προτιμωμένη τοῦ θεοῦ τὰ ἀνθρώπινα.
εἰρήκει γὰρ πρὸς Μανουὴλ ὡς "ὁ ἐμὸς ἀνήρ γε καὶ βασιλεὺς
μακαρίτης σοφίας ἀρκούντως ἐξείχετο, καὶ οὐδὲν τῶν δεόντων
αὐτῷ ἐλελήθει· καὶ πῶς τῶν ἐκείνου διαταγμάτων ἀμνημονήσαν-
τες εἰς ἑτέραν διαγωγὴν ἐκτραπείημεν;" ταῦτα εἰποίσης κατη-
πείλησε σωφρόνως ὁ Μανουὴλ ὡς "εἴπερ τῶν εἰκόνων μὴ φρον-
τίσειας ἀναμορφῆς τε καὶ προσκυνήσεως, ἑτέρως τὰ τῆς εὐνοίας
ἢ αὐτῆς τῆς βασιλείας, θεοῦ εὐδοκοῦντος, διατεθήσεται."
τούτοις τῷ φαινομένῳ καταπεσοῦσα ἡ βασιλίς, τῷ δὲ νοουμένῳ
καὶ μάλα χαρεῖσα, τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐπαφίησι καὶ σὺν αὐτοῖς
E διανίσταται· καὶ τοὺς ὀρθοδόξους τοῖς τοῦ κανικλίου ἐνδιαιτή-
μασιν ἀγείρεσθαι διεθεσμοθέτησεν, κἀκεῖσε πρὸς ἀλλήλους γυ-
μνάζειν τὰ περὶ ὀρθοδοξίας προβλήματά τε καὶ δόγματα.

Καὶ ταχέως μετὰ προσηκούσης τῆς διασκέψεως αἵ τε θεῖαι
εἰκόνες ἀνεμορφοῦντο καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸ ὀρθοτομοῦν
μετεκλίνετο, τῶν ἐν αὐτῇ ἱερέων, πρὸς δὲ καὶ ἀρχιερέων, τῶν
μὲν μεταστοιχειουμένων τῆς δυσσεβείας, τῶν δὲ ἀνθεστηκότων
τῷ εὐσεβεῖ δόγματι καὶ δικαίως ἐξωθουμένων, καὶ πρό γε πάν-
V. 39 των Ἰαννοῦ τοῦ δυσσεβοῦς πατριάρχου τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου
καθαιρουμένου. τοιγαροῦν ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτὸν ἄνδρας

religioni verae adhaereret, adiutante, ut aiunt, etiam patricia matre eius germanisque eiusdem patriciis: sed illa istis obstitit, ac Manueli multo magis, sive propter tantae rei mutationem, sive ob amorem erga maritum fortasse nimium humana divinis praeferens. Dixit enim ad Manuelem "maritus meus et imperator beatae memoriae, sapientia sufficienter instructus erat, nec eum quid fieri deceret aut e re esset latebat: quomodo igitur illius constitutionum immemores ad aliud institutum deflectemus?" Haec locutae minatus est moderate Manuel dicens "siquidem imaginum non procurabis instaurationem et cultum, alia ratio benevolentiae aut ipsius etiam imperii existet deo volente." His consternata imperatrix ut quidem videbatur, ut autem intelligi poterat admodum laeta, quod placeret ipsis permittit cumque ipsis exsurgit, atque orthodoxis conventum in canicleí mansionibus indicit, utque ibi inter se examinarent orthodoxae fidei quaestiones et decreta.

Ac celeriter cum decenti consideratione divinae imagines instaurabantur, ecclesiaque ad rectum sensum dirigebatur, sacerdotibus principibusque sacerdotum partim deserentibus impietatem, partim reluctantibus pio decreto iureque et merito electis; Iohanne ante omnes, illo impio patriarcha, sede pulso. Ad quem cum misissent viros praestantes

ἀξιολόγους τῶν ἐπὶ τῆς φυλακῆς βασιλέως, τοῦ πατριαρχείου καταγαγεῖν· οἷς οὐκ ἐνεδίδου πρὸς κάθοδον. οἱ δὲ καὶ βουλόμενοι τοῦτον καταβιβάσαι ὅμως οὐ πείθουσι, παρ᾽ αὐτοῦ κακοτρόπως μεταπεισθέντες τοῦτον τέως ἐᾶσαι· διὸ περί γε τούτου τοῖς ἀποστείλασιν ἀπαγγέλλουσι, καὶ κατ᾽ αὐτοῦ πλείονα τὴν ὁρμὴν διεξάπτουσιν. εἰσῄει οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ πατρίκιος Βάρδας, πευσόμενος ὅτου χάριν τοῦ πατριαρχείου οὐκ ἀπανίσταται· καὶ τὴν ἀπολογίαν ἐμεθοδεύκει, δεικνὺς τὴν ἑαυτοῦ γαστέρα δι᾽ ὀβελίσκων κατάστικτον αὐτῷ, ἐπειπὼν ὅτι παρὰ τῶν ἐκπεμφθέντων ὡς ἐθνικῶν ἐπεπόνθει τοιαύτην ἀναιτίως ποινήν, "δι᾽ ἧς χαλεπῶς B ἄγαν ἔχων, εἰ οἷόν τε, τὸ παρὸν συγχωρηθείην τῆς καταβάσεως· ἐπεπόνθειν δὲ μάλιστα παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ ἐξ Ἀρμενίων καὶ τῷ τῶν ἐξκουβίτων ἐμπρέποντος τάγματι." τοῦτον δέ φησιν, ὦ ἀκροαταί, ὁ βδελυκτὸς καὶ παμβέβηλος, τὸν κεχρηματικότα ἀπόγονον Ἀρμενίων, ἐξ ἀρχηγῶν καὶ συναυταδέλφων σταλέντα πρὸς βασιλέα Θεόφιλον ἐπικηρυκεύσεως ὅμηρον, ὃς οὐ μετὰ μακρὸν χρόνον διά τε τὴν αὐτοῦ ψυχῆς τε καὶ σώματος εὐκοσμίαν καὶ τὴν ἄλλην περὶ τὰ βέλτιστα φιλόκαλον πρόθεσιν δρουγγάριος τοῦ ἀριθμοῦ ἤτοι τῆς βασιλικῆς βίγλης καθίσταται, ἐντεῦθεν πατρίκιός τε καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου γεραίρεται. τοῦ οὖν δραματουργήματος κατὰ κακόφρονα γνώμην ἀπελεγχθέντος, C εἰς θυμὸν μᾶλλον ἐξῆγεν τὸν ἐταστὴν ἔμφρονα,

8. ἐμεθοδεύκει L. 18. φιλόκαλλον L.

de custodia imperatoris, ut eum sede patriarchali dimoverent, his ille non cessit. Qui quamvis conarentur eum abducere, tamen permovere non potuerunt, ab ipso malitiose eo inducti ut eum interim missum facerent: quapropter de ea re iis qui ipsos miserant renuntiant, maioremque adversus eum excitant impetum. Ivit ergo ad eum patricius Bardas interrogatum quamobrem e patriarchali sede non discederet. At is responsionem et excusationem meditatus ostendit ventrem suum obeliscis compunctum, subindicans ei quod ab iis qui missi ad ipsum fuissent, tamquam ab ethnicis, perpessus fuerit sine causa talem cruciatum, ex quo male admodum affectus remitti sibi decessionem in praesens, si fieri posset, postulabat; "passus sum, inquiens, praecipue multa a Constantino illo ex Armeniis, conspicuo in excubitorum cohorte." Istum scilicet dicit, o auditores, homo exsecrabilis ac profanissimus, oriundum ex Armeniis, a ducibus ac fratribus missum ad imperatorem Theophilum legationis obsidem, qui non multo post tempore, cum propter animi corporisque decorem, tum propter reliquam rerum optimarum elegans studium, drungarius numeri sive imperatoriae vigiliae constituitur, exin patricius et logotheta cursus salutatur. Itaque machinatio pravi animi deprehensa in iracundiam adhuc magis coniecit inquisitorem prudentem,

δι' οὗ καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπικρατείας ἐνδίκως ἐκπέπτωκεν, τῷ κατηγορηθέντι μᾶλλον, κἂν μὴ ἐθέλων, δωρησάμενος ἀπαρέγγραπτον ἔπαινον. καὶ εὐσεβὴς ἀντεισάγεται πατριάρχης Μεθόδιος, ἐν ἑαυτῷ πλεῖστα τὰ ὑπὲρ εὐσεβείας στίγματα καὶ τὴν δι' εἱρκτῆς σαπρώσεως τῶν τριχῶν ψίλωσιν οἷά τινα γέρα προκομιζόμενος. τούτῳ τὰς ἀρχιερατικὰς ἀγκύρας ἐπέδοσαν σὺν ἀποδοχῇ πάσῃ θεοφόρων ἁπάντων ἀνδρῶν, τῶν τε τῇ βασιλίδι περινοστούντων καὶ τῶν πανταχόθεν πρὸς ταύτην ἐληλυθότων. καὶ
D γὰρ κατὰ διωρισμένην ἡμέραν τῆς αὐτῶν συνελεύσεως, καθ' ἣν ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία τὴν ἑαυτῆς εὐπρέπειαν ἀμφεβάλλετο, κατίασιν ἐκ τοῦ περιωνύμου ὄρους Ὀλύμπου Ἄθω τε καὶ τῆς Ἴδης, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ κατὰ Κυμινᾶν συμπληρώματος, περιφανῶς τὴν ὀρθοδοξίαν κηρύσσοντες, βασιλικαῖς τε διαμοιβαῖς καὶ σεβασμίοις αἰσίοις ἱκανωθέντες πρὸς τὰς ἰδίας σκηνὰς ὑπεχώρησαν· ὧν ἔκτοτε καὶ μέχρι τῆς δεῦρο οἱ τῆς ὀρθοδοξίας λιμένες Χριστοῦ δυνάμει φρουρούμενοι διατηροῦσιν ἀχείμωνες.

Ταῦτα μὲν ἐν πρώτοις Μιχαὴλ τε καὶ Θεοδώρας, τῶν εὐσεβῶν βασιλέων, τὰ κατορθώματα. ὁ δὲ Ἰαννῆς τινὶ μοναστηρίῳ ἐγκαθειρχθεὶς καὶ ἐν μέρει τοῦ κατ' ἐκεῖνο ναοῦ κατιδὼν τοῦ
E σωτῆρος Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν σαρκικὸν χαρακτῆρα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς θεομήτορος καὶ τῶν στρατιαρχῶν, διωρίσατο τῷ ἑαυτοῦ ὑπηρέτῃ διανιόντι τῶν σεβασμίων εἰκόνων ἀνορύξαι τὰ ὄμματα, φάσκων ἀμηχανεῖν πρὸς ταῦτα τὴν ὁρατικὴν προτείνα-

19. ἐκείνῳ ναοῦ κατειδὼν L.

per quem etiam ecclesiastico principatu iure ac merito excidit, incusato magis, quamvis non sponte, largitus laudem haud subditiciam. Piusque ac fidelis in eius locum introducitur patriarcha Methodius, in se ipso plurimas pietatis inscriptas notas et ex carceris squalore capillorum raritatem quasi quaedam insignia virtutis prae se ferens. Huic summi sacerdotii ancoras tradiderunt, cum approbatione summa omnium religiosorum hominum, cum eorum qui in imperatoria urbe versabantur, tum eorum qui undique in eam convenerant. Etenim definito quodam die eorum conventus, in quo ecclesia suum decus et ornatum induit, descenderunt ex celebri monte Olympo, Athone item et Ida, quin et ex congregatione ad Cyminan, aperte et clare veram fidem praedicantes, imperatoriisque remunerationibus et honorariis decentibus affecti ad sua tabernacula recesserunt: quorum verae fidei portus ab illo tempore ad hunc usque diem virtute Christi custoditi permanent tempestatis expertes.

Haec prima sunt Michaelis ac Theodorae, piorum imperatorum, facta praeclara. Porro Iohannes cuidam monasterio inclusus atque in parte templi in eo conspicatus salvatoris Christi dei nostri carnalem imaginem, deiparae item et archangelorum, praecepit suo ministro ut ascenderet et venerandarum imaginum effoderet oculos, dictitans haud se posse ad

σθαι αἴσθησιν, εἰκονιστὴς ἐκ νεότητος ὁ τρισκατάρατος καθεστὼς καὶ μονῆς τῶν ἀθλοφόρων Σεργίου καὶ Βάκχου τῆς βασιλεῦσιν ἀφωρισμένης προβάθμιος. ὡς οὖν ἐπύθετο ταῦτα ἡ θεοσεβεστάτη δέσποινα Θεοδώρα, ζήλῳ τῆς πρὸς Χριστὸν ἀγαπή- V. 40
σεως διακαῶς ἐκεκίνητο, καὶ τοὺς αὐτοῦ μισητοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκμοχλεύειν προτεθύμητο, κἂν δεήσεσι παρά τινων ἐκεκώλυτο· ὅθεν τινὰς τῶν δορυφόρων ἐκπέμψασα πρὸς αὐτὸν σ' λώροις ἐμάστιξεν.

Οἱ οὖν αἱρετικοὶ τοῖς προσαχθεῖσι προπετῶς διαπληκτιζόμενοι, χρήμασιν ἱκανοῖς φρεναπατήσαντες κόρην πρὸς τὰ δημόσια ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας κατηγορῆσαι τοῦ πατριάρχου, σὺν τῷ ἐξ αὐτῆς τεχθέντι υἱῷ Μητροφάνῃ, τῷ κατὰ καιρούς τινας προέδρῳ τῶν Σμυρναίων πόλεως χρηματίσαντι, κρυψιγαμίας ἔγκλημα θριαμβεύουσαν, ἐντεῦθεν πλεῖστος παρὰ τῶν κακοδόξων ἐπισυνίσταται τάραχος ἐπισχετλιαζόντων ἡμῖν καὶ ἀμέτρως ἐπεγγελώντων. οὗ χάριν τῷ πατριαρχείῳ προσίασιν ὁ πρῶτα φέρων Μα- B
νουὴλ ἐν μαγίστροις, καὶ ὁ πατρίκιος καὶ ἐπὶ τοῦ κανικλείου καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου Θεόκτιστος, σὺν ἑτέροις συγκλητικοῖς, κατηφιῶντες ἐπὶ τοῖς ἀναίδην ἐνωτισμένοις. οὓς ὁ ἀρχιερεὺς ἐπιδὼν καὶ τῆς κατὰ βάθος ἀνίας τῶν συνεληλυθότων εὐσεβῶν ἐπαισθόμενος, μηδαμῶς τε πρὸς ὀρθοδόξους [ἑαυτὸν] θέλων πέτρα σκανδάλου τίθεσθαι καὶ λίθος προσκόμματος, τὰ κρύφια

13. τῶν σμυρνίων L. *ibid.* κρηφιγαμίας L. 15. ἐπεγγελόντων L. 22. κρύφα L.

ea dirigere oculorum aciem; cum effigiarius in iuventute exsecrabilissimus ille fuisset, atque monasterio Sergii et Bacchi martyrum, quod imperatoribus dicatum, praepositus. Ut igitur id audivit piissima domina Theodora, zelo amoris erga Christum ardenter commota fuit, illiusque invisos oculos eruere volebat: sed precibus quorundam prohibebatur: proinde missis aliquot ex satellitibus ad eum, ducentis illum flagrorum verberibus flagellavit.

Ceterum haeretici, his eis obvenientibus proterve certantes, pecuniis multis corruptam mulierculam subornarunt, ut publice in ecclesia accusaret patriarcham, cum filio ex ea nato Metrophane, qui quodam tempore praepositus Smyrnaeorum urbis fuit, occultarum nuptiarum crimen iactans. Hinc maxima a male sentientibus excitatur turba, nos vexantibus et sine modo irridentibus. Quapropter ad patriarchalem sedem adeunt Manuel primarius inter magistros, et Theoctistus patricius ac canicleі praefectus atque etiam cursus logotheta, cum aliis senatoriis viris, maesti ob ea quae vulgo propalam audirentur. Quos summus sacerdos conspicatus, cum profundum maerorem piorum qui convenerant sensisset, minimeque vellet orthodoxis se ipsum petram scandali exponere ac lapidem offensionis, occultam turpitudinem denudat verecundus ille in oculis

αἴσχη ἀπογυμνοῖ ὁ αἰδέσιμος πάντων ἐπ' ὄψεσιν, καὶ εὕρητο
παρὰ τὸ εἰκὸς μαρασμῷ τῆς φύσεως ἐσκληκώς, οὗ ματαίως εὐ-
C θύνετο, καὶ τὸ αἴτιον ἐρεῖν διανίστατο, ὅτι περ "ἐν Ῥώμῃ διά-
γων, ἀποσταλεὶς πρὸς τὸν ἀρχιερέα ταύτης διὰ τὰς ἐπὶ Νικηφόρῳ
τῷ πατριάρχῃ αἰτιαθείσας ἐπαγωγάς, πλεῖστα ἐπισινιάσαι με
γαργαλισμοῖς τὸν Σατανᾶν, ἱκανῶς τε περὶ τούτου Πέτρῳ τῷ
ἀποστόλῳ ἐπεντυχεῖν, ἀλλοτριῶσαι τῆς ἐνσωματούσης κινήσεως.
καὶ δὴ ἐμοῦ νύκτωρ ἐν τῷ ἀποστολίῳ εὐναζομένου, ἐπιστάντα
τὸν κορυφαῖον δεξιᾷ τῇ χειρὶ τὰ αἰδοῖα καταπιέσαι καὶ ἐπιφθέγ-
ξασθαι μὴ τοῦ λοιποῦ πτοεῖσθαι τὴν φιλήδονον ἔφεσιν μήτε τὴν
ἐκ ταύτης εἰς τὸ ἑξῆς ὑφορᾶσθαι ζωπύρησιν. ἐγὼ δὲ διυπνι-
σθεὶς μετὰ σφοδρᾶς ἀλγηδόνος περιῆλθον ἐν σαρκικῇ τοιαύτῃ,
καθὼς ὁρᾶτε, νεκρότητι." τοιαῦτα τοῦ πατριάρχου ταπεινο-
D φρόνως εἰπόντος πανάληθες, τῆς κατηφείας οἱ συμπαρόντες διί-
σταντο. ἐξ ὧν Μανουὴλ πρὸς ἀνέτασιν τῆς γυναικὸς ἀγωνίζεται
διασαφῆσαι τὸ ἀκριβές, τὸ ξίφος ἐπανατείνων καὶ παρὰ τίνος
ὑποβεβλῆσθαι αὐτὴν ἀνετάζων. ἡ δὲ τοῖς κατ' ἀπειλὴν λόγοις
ἐκ τῆς ξιφήρους ἐκτάσεως τὴν ἀλήθειαν παρεδήλου, διὰ τῶν
πρὸς τοῦτο συσκευασθέντων καὶ ποσὸν ὅσον χρήματος καταβα-
λομένων, καὶ τῷ εἴς τι ἀγγείδιον τοῦτο εἶναι ἀπόθετον καὶ ὑπο-
κεκρύφθαι κατά τι κιβώτιον σίτου ὑπάρχον κατάπλεον. καὶ κα-
θὼς ἀνωμολόγητο ταύτῃ, οὕτως τὰ τῆς εὑρέσεως ἐμφανῶς ἐγνω-
ρίζετο, καὶ οἱ αἱρετικοὶ τηνικαῦτα ἄχλυσιν αἰσχύνης ἠμαύρωντο·

12. ἀλγηδῶνος L. 13. ὁρᾶται L. 18. f. ἐξετάσεως. 19. καταβαλλομένων L. 20. τῷ] τὸ L.

omnium, et inventus est praeter solitum marcore naturae tabefactus: quare vana erat accusatio. Causam etiam eius rei indicavit: se, cum Romae ageret missus ad summum sacerdotem eius urbis propter intentata Nicephoro patriarchae crimina, valde vexatum fuisse titillationibus a Satana, multumque de ea re supplicasse Petro apostolo, ut liberaretur a corporis pruritu. "Atque cum per noctem, inquit, in templo apostoli dormirem, coryphaeus ille apostolorum mihi adstans dextera manu virilia mea pressit, dixitque ne deinceps timerem voluptuosam concupiscentiam, neve opinarer eam in posterum revicturam. Ego autem somno excitatus cum vehementi dolore, ambulavi ex illo in eiusmodi carnali mortificatione, ut videtis." Haec patriarcha humiliter locuto verissime, contristari praesentes destiterunt. Post haec Manuel ad examinandam mulierem se accingit, ut verum indicaret, intentans ei gladium, quaerens a quo subornata esset. Quae propter minas verborum gladiique intentationem, veritatem indicavit de iis qui ea omnia struxissent et certam summam pecuniae dedissent; eamque in quodam vasculo esse repositam atque absconditam in quadam arca frumenti plena. Atque ut ab ea dictum fuerat, res inventa et patefacta est. Tum haeretici caligine

οἷς ὁ θεοφιλὴς πατριάρχης τῶν εἰς αὐτὸν ἐπταισμένων παρέσχε E συμπάθειαν, τοῦ οζ´ συγχωροῦντος Χριστοῦ τῷ νόμῳ πειθόμενος. διὸ καὶ παρὰ τῶν ἐπιστατούντων τοιούτου ἐλέγχου κατὰ τῶν ἐλεγχθέντων ἔκτοτε διώρισται αὐτοῖς πρὸς ἀντέκτισιν, κἂν ὠφελείας ἀντεχομένην, ὅπως κατὰ τὸ τῆς ὀρθοδοξοποιοῦ ἡμέρας γενέθλιον ἀπὸ τοῦ ἐν Βλαχέρναις τῆς θεοτόκου τιμωμένου ναοῦ τῆς λιτανείας μετὰ λαμπάδων προάγοιεν. [Βλαχέρναις. ἀπό V. 41 τινος ἀρχηγοῦ Σκύθου Βλαχέρνου ἀναιρεθέντος ἐκεῖσε πεφήμισται.] καὶ τὸ τοιοῦτον ἰδίωμα χρόνῳ πολλῷ μέχρι διήρκεσεν, διακαρτερούντων δῆλον ὅτι τῶν ἀλλοδόξων ἐν τῇ κατὰ τὸν μέγαν ναὸν ἐπισυναγωγῇ καὶ τὸν ἴδιον ἀναθεματισμὸν διενηχουμένων ἐπὶ θριάμβῳ τῆς παντομισοῦς αὐτῶν ἀποστάσεως.

Κατ᾽ ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ἡ τῶν Ζηλίκων αἵρεσις ἀνεφάνη σὺν τῷ ἀρχηγῷ αὐτῶν Ζήλικι, ὄντι τῶν βασιλικῶν ἐν πρώτοις ὑπογραφέων, ὃς ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ καὶ βασιλείῳ προόδῳ ἐν τῇ μεγίστῃ ἐκκλησίᾳ θεοῦ τὰ τῆς αἱρέσεως κατάδηλα τεκτηνάμενος μετὰ τῶν ὁμοφρόνων ἐμφωτίοις ἐσθῆσιν ἠμφίαστο, χρισθεὶς τῷ μύρῳ B τῆς τελειότητος.

Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ καλῶς τὰ τῆς πολιτείας ἐκεκυβέρνητο παρά τε βασιλέως Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας τῆς τούτου μητρός, μεσιτευόντων τῶν προδηλωθέντων ἀνδρῶν. ὁ δὲ ἀρχηγὸς Βουλγαρίας (οἷς τὸ γένος ἐξ Ἀβάρων τε καὶ Χαζάρων, ἀπὸ Βουλγάρου κυρίου ὀνόματος, ὃς παρὰ Ῥωμαίων ἐν κατοικήσει

20. καὶ om. L.

pudoris obfuscati sunt. Quibus pius ille patriarcha delictorum veniam dedit, Christi septuaginta septem remittentis legi obtemperans. Itaque ab iis qui praefuerant eiusmodi inquisitioni, in deprehensos et convictos statutum duntaxat est, ad ultionem cum utilitate etiam coniunctam, ut in orthodoxiae renatae natali die ab ea quae in Blachernis est deiparae sacrata aede litaniam cum facibus praecederent: [Blachernae a quodam duce Scytharum Blacherno ibi interfecto nominatae:] isque mos singularis longo tempore usque duravit, tolerantibus scilicet heterodoxis id in congregatione in magno templo, ut anathema contra se ipsos audirent, ob triumphatam eorum detestabilem haeresin.

Porro illis temporibus Zelicum haeresis exorta est cum auctore suo Zelice, uno ex primariis amanuensibus imperatoriis. Qui cum festo quodam die in solenni pompa imperatoris haeresin suam publicaret, tunc statim, una cum asseclis, albis tunicis ac vestibus induitur unctus unguento perfectionis.

Interea imperium bene administrabatur ab imperatore Michaele ac Theodora matre eius, mediantibus viris illis quos dixi. Dux autem Bulgariae (cuius incolarum genus ex Avaris et Chazaris, a Bulgaro, no-

Δορυστόλου καὶ τῆς Μυσίας γεγένητο) ἐπαχθῆ προΐησι ῥήματα ἐπιδρομὴν Ῥωμαίοις ἐπαπειλῶν. ἡ δὲ βασίλισσα τούτῳ ἀνδρειοφρόνως μετὰ τοῦ ἑαυτῆς στρατοπέδου ἄχρι Βουλγαρικῆς γῆς αὖθις ἐπαναστεύειν ἐμεγαλαύχησεν· “καὶ εἰ μὲν γυναῖκα ἡττήσειας, οὐδέν σοι πρὸς νῖκος τὸ καύχημα· εἰ δὲ καὶ ὑπὸ ταύτης ἐκνικη-
C θείης, πᾶσι τὸ σὸν ἥττημα καταγέλαστον.” ταῦτα ὁ Σκύθης συνεὶς ἠρεμεῖν κατὰ τὴν ἰδίαν χώραν διέγνωκεν.

Οὐ πολὺς δὲ χρόνος προεβεβήκει, καὶ ἡ τῶν λεχθέντων ἀνδρῶν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοια διαφθείρεται, καὶ ἐξάπτεταί τις ἔρις χαιρέκακος παρὰ Θεοκτίστου πρὸς Μανουήλ, εἰς ἀποικίαν αὐτὸν διωθήσασα. τῷ παλατίῳ γὰρ μετ' αὐτοῦ γε συνῴκιστο, καὶ ἄμφω τὰ τοῦ κοινοῦ διεπραγματεύοντο· καὶ καθοσίωσιν ὑποσμύχουσαν διεσυκοφάντει, ἀλλ' ἐν παραβύστῳ τῇ περισκέψει· ἧς ἐντέχνως καταστοχασάμενος ὁ Μανουὴλ οἴκαδε χωρεῖν καθ' ἑαυτὸν τίθεται, κἀκεῖθεν τοῖς βασιλείοις ἐπιδημεῖν καὶ
D συμπράττειν τὰ δέοντα. κατῴκει δὲ τοῖς κατὰ τὴν κιστέρναν χώροις τοῦ Ἄσπαρος, ἣν ἐκεῖνος ἱδρύσατο, δι' οὗ καὶ τὴν προσηγορίαν αὕτη ἀπείληφεν· καὶ ἐπὶ μακρὸν χρόνον βιώσας ἐνδόξως ἀποβεβιώκει, ἀποκαταστήσας τὸν ἑαυτοῦ οἶκον μονασταῖς καταγώγιον, ἐν ᾧ καὶ κεκήδευτο.

Μετὰ δὲ τὴν ἐκ τοῦ παλατίου αὐτοῦ ἀποικίαν φθόνῳ τῷ πρὸς τὸν Θεόκτιστον διεγείρεται Βάρδας, αὐτὸν ἀφαντῶσαι, καὶ

11. διωθίσασα L. 18. ἀποβιώσας L.

mine proprio, qui a Romanis Dorystolum et Mysiam incolendam habuit) molesta iactabat verba, incursionem Romanis minitans. Cui imperatrix virili animo cum suo exercitu usque in Bulgaricum solum se occursuram et obstituram gloriose denuntiat: “et si quidem, inquit, mulierem viceris, nihil tibi ad gloriam victoria: quod si vero a muliere victus fueris, omnibus tua clades derisui erit.” Quibus intellectis Scytha quiescere in sua regione decrevit.

Ceterum non multum temporis processit, et praedictorum virorum inter se concordia dissolvitur, excitaturque contentio malevolens a Theoctisto adversus Manuelem, quae hunc ad migrandum impulit. nam in palatio cum illo habitabat, et simul rem summam administrabant: atque hunc ille crimine maiestatis gliscente insimulat, sed occulte per cautionem; quam industrie odoratus Manuel, domum secedere, ut solus esset, statuit, atque inde, cum res postularet, adesse ad commune officium in regiam. Habitabat autem ille apud cisternam Asparis loca, quam hic exstruxit, a quo eadem nomen etiam accepit: atque cum diu vixisset, gloriose vita functus est, mutata domo sua in habitaculum monachorum, ubi etiam sepultus est.

Post migrationem autem Manuelis ex palatio invidia erga Theoctistum excitatur Bardas ad hunc e medio tollendum, idque hoc modo ma-

τρόπῳ τοιούτῳ τεχνάζεται. παρεντίθησι βασιλεῖ Μιχαὴλ τὴν μητέρα φρονεῖν ἑαυτῇ γάμον ἢ ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς θυγατέρων ἐπισκευάσασθαι, δι' οὗ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ποιήσειεν ἔκδοτον, τοῦτόν τε καθαιρήσειν αὐτῆς καὶ ἀπομματῶσαι. ὡς δὲ τοῖς E τοιούτοις λόγοις ἐκεκλυδώνιστο Μιχαήλ, ἐπεῖπε τὸν Θεόκτιστον τούτων αἴτιον ἔσεσθαι. καὶ ἐμμεριμνῶσιν ἀμφότεροι περὶ τῆς κατ' αὐτοῦ ἐπιθέσεως, δολοφονῆσαι ἢ μᾶλλον ὑπερορίσαι τοῦτον, εἴγε δυνήσονται· καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σκευῇ προσλαμβάνουσιν ὑποστρατήγους τινὰς τῆς οἰκείας περιῃρημένους ἀρχῆς, ὅπως αὐτοῖς συνεργήσαιεν, ἀλλὰ μὴν καὶ Θεοδώρας τὴν σύγγονον, V. 42 ἐφ' ᾗ Καλὴ Μαρία τὸ εὔσημον, ὡς ἂν καὶ αὕτη τὰ κατὰ δολοφονίαν τοῦ Θεοκτίστου συμπράξει τῷ βασιλεῖ κρυφίως, ἐξ ὑπερτέρου τετρημένου οἰκίσκου διόπτειραν καταστήσαντες, ἐντεῦθεν κατασημῆναι τῷ βασιλεῖ ὁπόταν τὸν Βάρδαν ἴδοι Θεοκτίστῳ ἐπιτιθέμενον. ὡς οὖν ταῦτα περὶ τούτου διεσκοπήκει ὁ Βάρδας, ταῖς πρὸς τὸν Λαυσιακὸν καθέδραις προσεποιεῖτο διαναπαύσασθαι τοῖς πραιποσίτοις συνεδριάζων· καὶ δὴ τὰ λογοθέτου τοῦ δρόμου πραγματικῶς Θεοκτίστου διευθετοῦντος, πάνυ τετηρημένως ἔσχεν ὁ Βάρδας ἐκ βασιλέως ἀπανιόντα ἢ πρὸς τοῦτον B ἐπανιόντα ἐνεδρεύειν ὡς λέων ἐν ἀποκρύφῳ ἀθρόως τε προσπηδῆσαι κατακολουθῆσαί τε καὶ ἐνστῆναι ἢ καὶ μᾶλλον ὑποσκελίσαι καταπρηνῆ. συνεῖχε μὲν αὐτὸν συνεῖχε πολὺς ὁ ἀγών, καὶ ἐπι-

7. περιορίσαι L. 13. τετριμένου L. 17. πραιπωσίτοις L. 18. Θεοκτίστῳ L. 21. ἐνστῆσαι L.

chinatur. Ingerit imperatori Michaeli quasi mater eius meditaretur sibi aut uni ex filiabus coniugium cum Theoctisto ineundum, per quod et imperium tradendum sit, quo ipsum exuere velit et oculis orbare. Cum eiusmodi sermonibus turbaretur Michael, subiunxit dicens Theoctistum iterum auctorem esse, cogitantque ambo de aggrediendo illo ita ut aut fraude ac dolo interficiant aut in exilium mittant potius, si possent: atque ad hanc molitionem adsciscunt duces quosdam secundi ordinis, munere suo exutos, ut ipsis sociam operam praestarent; quin et Theodorae sororem, cui Pulchra Maria honorificum nomen, ut et ipsa in eiusmodi dolosa nece adiutrix clam esset imperatori, in superiore domuncula perforata eam speculatricem constituentes, ut inde signum daret imperatori quando viderit Bardam aggredi Theoctistum. Haec de ea re speculatus et meditatus Bardas simulavit se velle in sedibus ad Lausiacum requiescere, cum praepositis una assidendo. Atque dum ea quae sunt logothetae cursus administrat Theoctistus, perdiligenter observabat Bardas ab imperatore redeuntem aut adeuntem ad eum, insidians ut leo in occulto, ut eum impetu prosiliret insequereturque et impediret aut potius supplantatum pronum prosterneret. Tenebat eum quidem tenebat magna

θέσθαι πολλάκις διώρμητο, καὶ τῆς ὁρμῆς ἀνεκόπτετο· ἀλλ' ὅμως, εἰ καὶ βραδέως, τῆς καθέδρας ἀνίσταται καὶ καταδραμὼν φθάνει, καὶ ἵνα λεχθείη ποιητικῶς,

κόψ' ὄπιθεν κώληπα τυχών, ὑπέλυσε δὲ γυῖα,

καταπρηνίξας αὐτόν. καὶ εὐθέως ἐπιδίδοται σὺν κουλεῷ σπάθη ἐπώμιος, ἣν πρὸς ἀποτροπὴν ἐναντίων ἐγύμνωσεν. τῆς ἕδρας οἱ ἀποστράτηγοι διανίστανται θαρσαλέως ἀπαμυνοῦντες τῷ ἐγ-
C χειρήματι. καὶ τῇ σκοπῷ γυναικὶ κατασημαίνεται βασιλεὺς πρὸς ἐξέλευσιν τὴν διὰ χαλκηλάτων πυλῶν Τιβερίου τοῦ ἄνακτος· καὶ στὰς ἐκεῖσε τὸν Θεόκτιστον βασιλικῇ ψήφῳ προστέταχεν αἱρεσθαι. καὶ ἑλκύεται χαμαὶ δι' ὑπασπιστῶν μέχρι τῶν ἔξω περὶ τὰ Σκῦλα, κἀκεῖσε συνέχεται πρός τινος βασιλικῆς ἀποφάσεως τελέσων ἐνέργημα. ὡς δὲ περὶ τούτου ἡ δέσποινα διεμεμαθήκει, ἐξῄει πρὸς τὸν Λαυσιακὸν αὐτοσχέδιος, ἐπιζητοῦσα τὸν ταύτης θεράποντα καὶ ἀπεκτονέναι μὴ συγχωροῦσα· ἀλλ' ἀπρακτί, κἂν τότε τολμηρὸν ἐπιβόα. ἔπειτα δὲ φωνῇ βριαρᾷ καταπτοηθεῖσα, θρηνωδῶς θαλαμεύεται· τῶν ἀποστρατήγων γάρ τις, ἐκ Μελισ-
D σηνῶν κατάγων τὸ γένος, αὐτῇ ἐπεφθέγξατο παλινδρομεῖν οἴκαδε, τὴν αὐτὴν ἡμέραν κρουόντων ἀποκαλῶν.

Ὡς οὖν ἐπὶ πολὺ κατὰ τὰ Σκῦλα ὁ Θεόκτιστος ἐκεκράτητο, τῶν ἐξ Ἀρμενίων Κωνσταντῖνος, οὗ προμεμνήμεθα, δυσωπεῖ

4. κόψεν ὄπισθε κόλη πατυχὼν L. conf. Il. φ, 726. 5. fort. καταπρηνῆ νύξας αὐτόν. 8. βασιλέως προσεξέλευσιν L. 14. ἐξίει L. 15. ἀποκτονέναι L. 17. μελισσινῶν L. 19. τὴν τοιαύτην ἡμέραν Symeon logoth. p. 435 B.

anxietas; saepeque aggrediendi impetum cepit, atque in impetu retardatus fuit: sed tamen, quamvis tarde, a sede surgit, et currens illum occupat, atque ut poetice dicatur, *Tergum percussit feriens huic membraque solvit*, ipsumque prostravit. Ac statim traditur cum vagina gladius humeralis, quem ad propulsationem adversariorum nudavit. A sede expraetores surgunt audacter auxiliatori in facinore. Atque a speculatrice muliere significatur imperatori ut veniat per aeneas portas Tiberii imperatoris: atque is consistens illic Theoctistum imperatorio calculo praecipit tollendum esse. Trahiturque iste humi a satellitibus usque ad exteriora circa Scyla, atque ibi tenetur imperatorii mandati passurus effectum. Ut autem de ea re domina certior facta est, exivit ad Lausiacum ut erat incompta, requirens suum ministrum nec permissura ut occidatur: sed frustra, quamvis tunc audacter clamaret. mox namque voce asperiore conterrita, lamentans in thalamum se recepit: quidam enim expraetorum a Melissenis genus deducens ei indixerat ut recurreret domum, diem illum percussorum vocans.

Quum igitur diu apud Scyla Theoctistus teneretur, Constantinus ex Armeniis, cuius supra mentionem fecimus, commotus fuit ad ei succur-

ἀντιλαβέσθαι αὐτοῦ. οὗτος δὴ χρηστότητος τρόποις φερόμενος τὰς πρὸς τὸν Ἰουστινιανοῦ τρίκλινον φερούσας πύλας συνέπτυξεν, τὴν δι' αὐτῶν ἀπείργων φορὰν στρατιωτικὴν τέως ἀκρατῶς ἐρχομένην, ἕως ἂν τὰ πρὸς ἐξορίαν αὐτοῦ διορίσειαν, καὶ μὴ κεχράνθαι Χριστιανικῷ τινὰς αἵματι. τοῦτο γὰρ καὶ Βάρδᾳ πολυμερῶς ἐπεφρόντιστο, εἴγε ῥᾳδίως τὰ πραττόμενα διεξάγοιτο. ἀλλὰ τὸν βασιλέα παρορμῶσί τινες συμβουλεύοντες ὡς εἴπερ μὴ διὰ τάχους ἀναιρεθείη Θεόκτιστος, ἐπανάστασις ἔσται παρὰ δε- E
σποίνης δυσφόρητος. τοὺς ἐκ Ταυρικῆς καθ' ἑταιρείαν Σκύθας ὁ βασιλεὺς ῥαγδαίῳ προστάγματι διαρώννυσιν ἐπελθεῖν κατ' αὐτοῦ καὶ συντόμως διαχειρίσασθαι. οἱ δὲ ἐπῄεσαν ὁμοθυμαδόν· ὡς δὲ τὰς πύλας εὗρον συνεπτυγμένας, ἐπείπερ ὁ Κωνσταντῖνος ἐντὸς ἐφειστήκει, κακῷ μετρίῳ τὸ ἄμετρον τῶν κακῶν ἐξιώμενος ὑπεξίσταται, εἰ καὶ γενναῖος τήν τε φρόνησιν καὶ τὴν ψυχὴν κα- V. 43
θειστήκει· καὶ ὅσον ἐνῆν αὐτῷ σθένους ἔν τε λόγοις καὶ ἔργοις, κατευνάζειν ἐπεχείρει τοὺς ἐπιόντας κατὰ Θεοκτίστου, κατὰ τὸ μᾶλλον ἱκετευόμενος. ὡς δὲ τὰ τῆς σωτηρίας Θεοκτίστῳ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ βοηθοῦ διηπόνει, τῆς ἀνάγκης κορυφουμένης, ἐπείπερ δύναμις

ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει

καὶ

τὸ τῆς ἀνάγκης ἔστ' ἀδήριτον σθένος

κατὰ τὰ λόγια, ἐξίσταται τῶν πυλῶν, καὶ τῶν εἴσω ῥύδην προσκεχωρήκεσαν. καί τις αὐτῶν ὑπεισέρχεται τῇ καθέδρᾳ καθ' ἣν

1. δὲ L. 2. ἰουστινιανὸν L. 5. τούτῳ L. 11. ἐπίεσαν L.

rendum, isque humanitatis moribus impulsus eas quae ad Iustiniani triclinium ducunt portas clausit, prohibens militarem impetum per eas immodice ingruentem, usque dum de eius exilio aliquid determinaretur, ne inquinarentur Christiano aliqui sanguine. Istud enim et Bardae omnino curae erat, si facile possent quae agerentur ad finem perduci. Sed imperatorem impellunt aliqui monentes, nisi celeriter interficiatur Theoctistus, rebellionem orituram a domina, vix sustinendam. Itaque Scythas ex Taurica sociales imperator acri ac vehementi mandato roboratos instigat ut adorirentur eum et confestim interficerent. At illi invadebant unanimiter: cumque portas invenissent clausas, siquidem Constantinus intus adstabat, malo mediocri nimium malum sanans iste cedit, quamvis mente animoque esset fortis ac strenuus, et quantum poterat dictis ac factis sedare conabatur in Theoctistum irruentes, maiorem in modum obsecrans. Cum autem salutis spes Theoctisto in viribus auxiliatoris evanesceret, necessitate crescente, quandoquidem *Vis prope necessitatem habitat* et *Necessitatis est inexpugnabile robur* secundum oracula, recedit a portis: illique impetu facto in interiora penetrant, et quidam eo-

ὁ Θεόκτιστος ὑποκέκρυπται, καὶ ἐκεῖσε τὴν διὰ ξίφους τελευταίαν B τομὴν αὐτῷ ἐγγαστρίζεται. ἐντεῦθεν εἰπεῖν τῷ Βάρδᾳ τὸν Μανουὴλ σιβυλλαίνοντα

"σπάθην γυμνώσας Βάρδα τοῖς ἀνακτόροις,
σαυτῷ γυμνώσεις εἰς τομὴν τοῦ σαρκίου."

Καὶ μετὰ βραχὺ τὰ κατὰ τὴν δέσποιναν ἐκταράττεται· διὸ σὺν ταῖς ἑαυτῆς θυγατράσι τῆς πρὸς τὸν υἱὸν ὁμοτιμίας ἐκπεπτωκυῖα τοῦ παλατίου ἐξοστρακίζεται καὶ τῇ τῶν Γαστρίων προσονομαζομένῃ μονῇ κατοικίζεται, καὶ τῷ μοναχικῷ μεταμείβονται σχήματι. ὅτε δὲ αὕτη προέγνω τὰ κατ' αὐτὴν συμβησόμενα, προσκαλεσαμένη τὴν σύγκλητον καὶ τὸ ἐν τῷ ταμείῳ χρῆμα κατεμφανίσασα τὸ τούτου ποσὸν διωρίζετο ͵α κεντηναρίων πρὸς C τοῖς Ϟ' διὰ χαράγματος τοῦ χρυσοῦ, ὡσαύτως καὶ ἀργυρίου ὡσεὶ κεντηναρίων τριῶν· ὧν τὸ μὲν κατὰ διαθήκας παρῆκεν ὁ ταύτης ἀνήρ, τὸ δὲ κατὰ προσθήκην, ὃ αὕτη συνέλεξεν. ἐπὶ τῇ καταβάσει δὲ δυσχεραίνουσα τῷ υἱῷ προσενείρει τὸ ἐξ ἀπαιδευσίας πολυανάλωτον, ἔτι δὲ καὶ ἐκ τούτου τὸν ἄφυκτον ὄλεθρον.

Αἱ δὲ αὐτοκρατορικαὶ ἡνίαι μόνῳ τῷ Μιχαὴλ προσανήρτηνται, καὶ ἐξ ἑτοίμου ὁ Βάρδας, οἷα πρὸς γένους τῷ βασιλεῖ ὤν, προσῳκειῶτο, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐκ τοιούτου τολμήματος. διὰ ταῦτα καὶ τὴν τοῦ Καίσαρος δόξαν προσπορίσασθαι ἑαυτῷ κατεφαίνετο εὔλογον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἀσφάλειαν προσ-

14. τριῶν] immo τρισχιλίων. 20. ἧττων L.

rum subit sellam sub qua Theoctistus occultabatur, ibique gladio supremum ictum ei in ventrem infert. Hinc dixisse fertur Manuel de Barda vaticinans

Nudatus abs te Barda in ipsa regia
Stringetur ensis in tuum corpusculum.

Ac paullo post turbatur status dominae: itaque deiecta honoribus quos pares habuerat cum filio, ex palatio cum filiabus removetur, atque in monasterio Gastria dicto collocatur et ad monasticum statum redigitur. Quae cum praesensisset ea quae sibi ventura essent, convocato senatu ac monstrata pecunia aerarii, magnitudinem eius indicavit, mille nonaginta centenaria signati auri, argenti item quasi ter mille centenaria; quae partim testamento reliquisset suus maritus, partim additamento accessissent, quantum ipsa collegisset. Cum autem aegre ferret abitum ex aula, filio praedicit profusionem propter inscitiam, atque insuper ex ea inevitabilem interitum.

troducere, ut qui imperator esset futurus, eumque fovere tecto et indumentis, ut qui illud monasterium esset instauraturus. Qui egressus adolescentemque conspicatus emaciatum et sordidatum atque incultum propter inopem statum, spectrum imaginatus phantasiae suae oblatum introducere et curare neglexit. Quare rursus martyr ei apparuit, increpans, exiret atque imperatorem Basilium omnino intro vocaret curamque eius haberet. Cumque adolescens ad pronuntiatum nomen respondisset, introitus perficiebatur: cuius rei occupato imperio memor esse voluit et a se mercedem exigi. Quod et observavit: nam postquam purpuram induisset, multa et splendida donaria venerabili martyri obtulit, praeterea monasterium possessionibus multis ornavit et aedificando instauravit.

Tunc autem per praefectum monachorum applicavit se ad quendam de familia imperatoria magnatem, qui amicitiae gratia in monasterium venerat, et cui id curae erat ut iuvenum statura conspicuorum sibi coetum compararet, cum iam invenisset alios etiam tales, sed minores (nam multo maiore statura quam isti Basilius praeditus erat), et gloriabatur istis iactabundus. Theophiliscus is audiebat: contra quem ab imperatore certamen motum speciosorum et fortium iuvenum. At mittitur a Caesare A

μὲν Καίσαρος Ἀντίγονος ὁ τούτου φίλτατος ἐκπέμπεται πρὸς αὐτὸν δεξιωθησόμενος, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ὁ ἐπισυχνῷ ῥηθεὶς Κωνσταντῖνος. ἐμπεφορημένῳ δὲ τῆς εὐωχίας αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς χαρμοσύνην διεγείρεται φιλοπαίγμονα, προσκαλεσαμένῳ τῶν οἴκοι διατριβόντων τοὺς εἰς πάλην ἐπιτηδείους, καὶ δὴ κατ' αὐτὴν ἀγὼν διανίσταται. καὶ δὴ πάντες παλαιστρικοὶ βασιλέως καὶ Καίσαρος ἡττῶσι τοὺς ἄλλους, ἄνευθε Βασιλείου μὴ τῇ παλαίστρᾳ παρόντος. προσκέκληται διὸ καὶ αὐτὸς καὶ πρὸς μονομαχίαν τοῦ κρείττονος ἄγεται· καθ' ὃν τὰ πρὸς φιλίαν ἐξ ἀγχιστείας ὁ Κωνσταντῖνος καλῶς διακείμενος προστάττει τὸ ἔδαφος ἀχύρῳ περιραντίζεσθαι, ἵνα μή πως διολισθαίνοι Βασίλειος. συνῆλθον οὖν συνῆλθον κατὰ παλαίστραν ἀμφότεροι· ὧν ὁ μὲν μετεωρίζειν πειρᾶται Βασίλειον, ὁ δὲ μὴ ἐνεγκὼν τὴν Βασιλείου ἀντίβασιν μετεωρίζεται παραυτὰ γενναιότατα καὶ περιστρέφεται ταχίστῳ κινήματι, καὶ τῇ κατὰ πόδρεζαν προσπλοκῇ, ὡς ὁ ἐγχώριος λόγος, πρὸς γῆν καταφέρεται, ὑποστὰς πτῶσιν ἀλάθητον, ὡς
V. 53 καὶ παραψυχὴν τοῖς πᾶσιν εἶναι λογίζεσθαι, εἰ καὶ μετὰ πολὺν χρόνον ὕδασι πολλοῖς καταραντισθεὶς μόλις ἀνέσφηλεν. ὡς οὖν ὁ Ἀντίγονος μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπανῆκε πρὸς Καίσαρα, φησὶ περὶ τῶν δεδραμένων αὐτῷ· δι' οὗ καὶ ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ τούτων ἐγεγόνει κατήκοος, καὶ ἀνακαλεῖται τοῦτον σὺν ἑτέροις ἥλιξι δύο. ὡς δὲ τούτους τεθέατο, ἠγάσθη τῆς ὄψεως, ἐπῄνεσε τὴν

3. ἐνπεφορημένῳ δὲ τῆς εὐνουχίας αὐτῷ L. 8. καὶ αὐτοὺς L. 14. παρ' αὐτοῦ B.

ad eum Antigonus, huius carissimus, convivio excipiendus, cumque eo saepius commemoratus Constantinus. Cum autem satiati fuissent epulis, etiam laetitia et ludus excitatur, accersitis ex iis qui domi commorabantur qui ad luctandum essent idonei, atque mox certamen instituitur. Atque omnes palaestrici et luctatores imperatoris et Caesaris vincunt reliquos, praeter Basilium qui in luctatione non aderat. Quare et hic vocatur et ad luctandum cum potiore ex illis adducitur. Erga hunc amice propter affinitatem affectus Constantinus iubet pavimentum palea conspergi, ne forte laberetur Basilius. Convenerunt igitur convenerunt ad luctandum ambo. Tum alter sublimem tollere conatur Basilium, sed non ferens Basilii contrarium nisum, in sublime ab isto tollitur praevalide et circumrotatur celerrimo motu, atque amplexu illo qui κατὰ πόδρεζαν dicitur vernaculo sermone, in terram deiicitur, passus casum incelabilem, ita ut ea res praesentibus omnibus delectationi esset. Et quamvis diu multumque aquis conspergeretur, vix sese recollegit. Cum igitur Antigonus cum iis qui apud ipsum erant abiisset ad Caesarem, narrat ei de eis quae facta essent. A quo et imperator de iis certior factus, accersit eum cum aliis duobus aequalibus: quos ut vidit, probavit speciem,

ἡλικιώτιν, καὶ τῶν δύο πολλῷ πλέον ἐτεθαμβήκει Βασίλειον, καὶ διαφόροις βαθμοῖς καταλέγει καὶ πρὸς μείζονας εὐποιίας ἀρραβωνίζεται. οὓς γὰρ ὁ θεὸς εἰς βασιλέας διέγνωκε, τούτους προώρισε καὶ τὰ πρὸς αὐτὴν πάντως προδιατίθησι σύμβολα. οὓς ἡ βασίλισσα Θεοδώρα θεασαμένη τῶν μὲν δύο ἐμεμελήκει κατὰ μηδέν, τοῦ δὲ ἑνὸς ἐν φροντίδι ὅλως καθίστατο, ἀπὸ βάθους ψυχῆς κεκραγυῖα ὡς "εἴθε, ὦ τέκνον, τοῦτον σήμερον μὴ B ἑωράκειν, ἄνδρα τοιοῦτον τῆς ἡμετέρας βασιλείας ὑπερτερήσοντα, καθὼς ὁ ἐμὸς ἐν λήξει μακάρων ἀνὴρ περιὼν ἀπεφοίβασεν." πρωτοστάτην οὖν αὐτοῦ τῶν ἱπποκόμων καθίστησι τὸν Βασίλειον, καὶ ἵππον αὐτῷ δυσήνιον ἐπιδίδωσι διοχήσασθαι, ὃν ἐπεφιλήκει τὰ μάλιστα. οὗτος αὐτοῦ ἐφαλλόμενος ὡς εἴ τις ἄλλου Βουκεφάλου Ἀλέξανδρος, ὡς Βελλεροφόντης Πηγάσῳ γενναίως ἱππάζεται, θάμβος λιπὼν ἁπάσαις ἐν ὄψεσιν εὐκατάπληκτον. ἐντεῦθεν καὶ κρεῖττον αὐτῷ τῆς δεσποτικῆς ἀγάπης τὰ πρακτέα διηύξητο, ὡς καὶ τῇ τῶν πατρικίων εὐκλείᾳ συντόμως προσεμπελάσαι, C γαμετῇ τε συναρμοσθῆναι κοσμιωτάτῃ τῶν εὐγενίδων ἐξ Ἴγγερος, υἱόν τε θετὸν ἐπὶ πᾶσι βασιλέως ὀνομασθῆναι, εἶτα μάγιστρον, καὶ παρὰ τῷ κοιτῶνι τῶν προσυπνούντων φυλάκων προτιμηθῆναι κατά τινας, καὶ μετὰ βραχὺ τὴν βασίλειον εὐδοξίαν κληρώσασθαι.

Ὡς οὖν περί τινα χρόνον παρῆν ὁ ἄναξ τοῖς περὶ τὸν καλλίνικον Μάμαντα μάρτυρα βασιλείοις, ἐπεφύη τούτῳ σκοπὸς κἂν

17. κοσμιοτάτη L. 18. τε] γε L. 19. μαγίστρος L.

laudavit staturam, sed prae duobus illis multo magis admirabatur Basilium, et variis dignitatum gradibus evehit, atque ad maiora beneficia sese offert. Quos enim deus praescivit imperatores futuros, hos et praedestinavit omniaque ad eam rem praedisponit. Hos imperatrix Theodora conspicata, duos quidem illos neglexit, unius autem illius causa plane in sollicitudinem data est, ab imo pectore exclamans "utinam, o fili, hunc hodie non vidissem, talem virum nostro imperio superiorem futurum, quemadmodum meus beatae memoriae maritus adhuc superstes vaticinatus est." Hinc equisonibus praeficit Basilium, atque equum ei tradit effraenem domandum, quem valde amabat. Iste ei insiliens tanquam aliquis Alexander alteri Bucephalo, tanquam Bellerophontes Pegaso egregie equitat. Res admiranda et obstupescenda in oculis omnium visa est. Maioraque incrementa capiebat amor domini erga ipsum, ita ut et ad patriciorum dignitatem celeriter accederet, uxorique iungeretur venustissimae ex nobilibus, Ingere prognatae, ac post haec omnia filius adoptivus imperatoris nominaretur, deinde magister atque inter cubiculi custodes praecipuus fieret secundum aliquos, ac paulo post imperatoriam gloriam adipisceretur.

Cum igitur aliquo tempore imperator esset in illa quae est apud Mamantem, egregium martyrio victorem, regia, subnatum ei fuit consi-

γελοῖος, ὃν τῶν πρὸς αὐτὸν οὐ πᾶσιν ἐγνώρισεν. ἐγκελεύεται δυσὶ τῶν οἰκείων, οἷς τὰ κατὰ ψυχὴν ἐπεθάρρει περὶ τοῦ προκειμένου γε δράματος, καὶ κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν περιχωρεῖ,
D πρὸς ἕω τε τὴν ῥητὴν ἑορτῆς διαγελῶσαν πεντηκοστὴν ἡμέραν τινὶ κοιτώνων ἐγκλείσας Βασίλειον τοῖς σὺν αὐτῷ προστάττει ἐν νεύματι ἀπογυμνοῦν τοῦτον τῷ χεῖρέ τε διατεῖναι. τούτου δὲ γινομένου κατὰ τὸ προσταχθέν, ὁ Βασίλειος καταπλήττεται, ἀλλ' ὅμως νεανικὸς ὢν τῆς ἐκπλήξεως ἀνακτᾶται, ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ βασιλέως καθίσταται, καὶ μαστίζεται παρ' αὐτοῦ διπλοῖς ἐν φραγελλίοις λ', μνήμην ἔχειν τοῦτον ἀνάγραπτον τῆς πρὸς αὐτὸν φιλοστόργου προθέσεως. καὶ τῷ μεγίστῳ ναῷ ἐπελθὼν πρωΐας αὐτῆς στεφηφόρον ἄνακτα λαοῖς ἀναδείκνυσι, μηνὶ Μαΐῳ κς', ἰνδικτιῶνι ιδ', καὶ τῆς κατὰ δευτερείαν αὐτῷ βασιλείας τὰ πρόσφορα δίδωσιν. ᾧ καὶ πολὺ φίλτρον ἐπιδιδούς, καὶ τὰ ἴσα, πρὸς δὲ καὶ τὰ καθ' ὑπεροχὴν ἐμπαρέχεται.

V. 54 Τοσοῦτον τὰ τῆς πληροφορίας ὁλικῶς διεξήπλωτο, καὶ φθόνος ἐκ τούτου δαψιλὴς παρὰ πολλῶν ἐξεκέχυτο, οἳ καὶ τὰ πρὸς διάλυσιν τῆς αὐτῶν ὁμονοούσης ἀγάπης ἐντεχνιτεύουσι, τρόπῳ παντὶ τὰ κατ' αὐτῶν ἀλλήλων ἐκμηχανώμενοι, εἰρηναῖον οἶκον κυρίου κλεῖσαι τῇ ἔριδι, ποτὲ μὲν λογίοις δολίοις ποτὲ δὲ γραφαῖς δολοῦντες τὰς αὐτῶν φρένας κακόφρονες. συμπείθουσι γὰρ ἐκ τούτων βιαίως τὸν Μιχαὴλ παρὰ Βασιλείου ἀναίρεσιν πείσεσθαι, ταὐτὸ δὲ τοῦτο αὐτὸν ὑποστήσεσθαι παρὰ Μιχαὴλ ἐξ

1. γελοίως L. 13. δευτερίαν L. 23. δὲ] δὴ L.

lium, etsi ridiculum, quod non omnibus qui circa ipsum erant indicavit. Mandat duobus familiaribus, in quorum animositate fiduciam habebat de proposito negotio, et per imperatoriam urbem proficiscitur, maneque certo die pentecostes illucescente cum cuidam cubiculo inclusisset Basilium, iis qui cum ipso erant innuit ut eum nudarent manusque extenderent. Quod cum fieret prout praeceptum erat, Basilius consternatus est, sed tamen, quod esset fortis, sese recolligit, suusque fit et imperatoris, atque ab eo caeditur duplici flagello triginta verberibus, ut memoriae mandatum haberet illius erga ipsum benevolum affectum. Atque maximum templum ingressus mane ipso coronatum imperatorem populo ostendit d. XXVI mensis Maii, indictione XIV, et secundario imperio convenientia ei tradit. Cui etiam multum amorem exhibens, et paria, insuper et ad eminentiam, praebet.

Tam prolixa erat voluntas explendi illius animum. Invidia proinde magna multorum se praebet, qui et dissolutionem eorum concordiae et amoris moliuntur, omnibus modis discordiam inter illos machinantes, ut pacificam domum domini clauderent inimicitiis, modo verbis dolosis modo scriptis inficientes illorum animos, male animati. Persuadent enim per haec fore ut Michael a Basilio interficiatur, idemque iste a Michaele

ἀστάτου φρονήματος, οἰνοφλυγίαν καλοῦντες καὶ ματαιόφρονα.
καὶ καθὼς φασί τινες, βουλὴν ἔσχεν ὁ Μιχαὴλ ἀναγκαίως ἀναι-
ρήσειν Βασίλειον· μάλιστα δὲ κατὰ κυνηγέσιον σὺν αὐτῷ ἐξελ- B
θόντα ἐπαφεῖναι λόγχην τινὶ διετάξατο. ὡς δ' ἕτεροι, οὐχ οὕ-
τως, ἀλλὰ τὰ πρὸς αὐτὸν εὐνοϊκῶς διακεῖσθαι, κἂν παρά τινων
ἐσεσάλευτο. ὅθεν οἱ τὰ συνοίσοντα φρονοῦντες τῷ Βασιλείῳ
πρὸς φόνον ἐκίνουν τοῦ αὐτοκράτορος· ὡς δ' οὐκ ἔπειθον τῆς
πρὸς αὐτὸν εὐνοίας μηδ' ὅλως ἐκτετραμμένον ἢ καὶ πρὸς μιαιφο-
νίαν ἰλιγγιῶντα, αὐτόχειρες γίνονται τῆς σφαγῆς, ἵνα μὴ σὺν
αὐτῷ διαπόλοιντο.

Τοῦ δὲ μιαιφονήματος τῆς οἰκείας εὐχρηστίας ἀντεχόμενος,
καὶ τὴν βασιλείαν ὡς ᾔδει θεόθεν δοθεῖσαν αὐτῷ, καὶ οὐχ ὡς
τὸ πρότερον, τὰς πρὸς θεὸν εὐχαριστίας ἀποδιδοὺς προσεγκαι-
νίζει τῶν ἀρχιστρατήγων τῶν ἀΰλων ταγμάτων ναὸν καινουργή-
σας, μεγέθει τε καὶ κάλλει καὶ πολυτελείᾳ τῶν συντεθέντων λίαν C
ὡραῖον καὶ ἀξιάγαστον· οὗ τελεσιουργηθέντος σὺν πόθῳ καὶ πί-
στει τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἱερῶς ἀφορισθέντων
συντελεσμάτων, πνευματικῆς τε θυμηδίας συναθροισθείσης, ἐν
ταύτῃ τὸ αὐτοκρατορικὸν στέμμα χειρῶν ἀρχιερέων ἐκδέχεται,
ἄλλην ἀρχὴν καθιστῶν ἑαυτῷ βασιλείας ἣν συμμαχίᾳ τῶν ἀρ-
χαγγέλων κεκλήρωτο, υἱέσι τε τρισὶν ἑαυτοῦ, Κωνσταντίνῳ
Λέοντι καὶ Ἀλεξάνδρῳ, τὴν ὁμοίαν στεφοδοξίαν μετὰ καὶ τῆς
βασιλικῆς ἐντίθησιν, τὸν δὲ Στέφανον ἱερώσας τῷ πατριαρχικῷ

10. διαπώλοντο L. 11. ἀντεχομένους L. 12. ᾔδη L.

patiatur ex inconstantia animi, temulentum vocantes ac vecordem. Atque ut aliqui aiunt, voluit Michael omnino interficere Basilium: praecipue ad venationem cum ipso egressum hasta coniecta petere cuidam mandaverat. Ut autem alii, non ita; sed benevole erga eum affectum fuisse, etsi a quibusdam turbaretur. Unde ii qui Basilio favebant ad necem imperatoris eum incitabant: cum autem non possent impellere, a benevolentia erga illum nullo modo aversum, aut etiam ab homicidio abhorrentem, ipsi suis manibus perpetrant caedem, ne una cum illo perirent.

Itaque ab homicidio propriam utilitatem captans, et cum sciret imperium sibi divinitus, neque ut antea, datum, grates deo persolvens, inaugurat templum principum incorporeae militiae a se aedificatum, magnitudine et pulchritudine et magnificentia valde speciosum et admirandum. Quo perfecto voluntate et pietate imperatoris, in eoque sacris rite peractis, spiritali laetitia confluente, ibidem imperatoriam coronam a manibus summi sacerdotis accipit, aliud principium sibi constituens imperii, quod auxilio archangelorum adeptus esset. Filiis etiam suis Constantino ac Leoni atque Alexandro similem coronae atque imperii gloriam tribuit: Stephanum autem patriarchali sedi consecratum in futurum desti-

θρόνῳ πρὸς τὸ μέλλον ἀφώρισεν. καὶ περὶ μὲν τὸν πρῶτον μετά τινα χρόνον διηλλαχότα τὸν βίον δυστυχεῖ παρ' ἐλπίδα· τούτῳ
D γὰρ μᾶλλον προσετετήκει τῶν ἄλλων θαρρῶν κατὰ τὴν τῆς βασιλείας διαδοχήν, κἂν τοῦ ἐφετοῦ οὐκ εὐστόχησεν. Λέοντι γὰρ τῷ περιωνύμῳ καὶ πανευκλεεῖ βασιλεῖ τὸ τῆς βασιλείας συνετετήρητο μόνιμον, τῷ μετ' αὐτὸν ὁμαίμονι Ἀλεξάνδρῳ διαδόχῳ γενησομένῳ κατὰ πατρικὴν θεσμοθέτησιν. φθείρουσι δὲ κἂν τούτῳ τὰ φυσικὰ σπλάγχνα οἱ πονηροί, τῆς πατρῴου φιλοστοργίας κατά τι παραθραυσθείσης ἐπὶ τῷ Λέοντι μικρὸν ὅσον. καὶ τὰ τῆς πονηρίας νεῦρα διακοπέντα, ἐπείπερ αὐτῇ οὐδὲν τῶν ἰσχυρῶν παρυφίσταται, καὶ οἱ συκοφάνται κακῶς ἀπελήλανται,
E καὶ Λέων τῆς βασιλείας ἐγκάτοχος γίνεται καὶ τὰ πατρόθεν διωρισμένα ἀποπληροῖ καλοκἀγαθίᾳ καὶ ἀγχινοίᾳ νευρούμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ γεννήτορος.

Ἐπεὶ δὲ διὰ μέσου χρόνου τινὸς τὰ τῶν πολέμων ἔργα κατωλιγώρουν, οἷά περ σκανδάλων παρεμπεσόντων τῷ πολιτεύματι ὧν προμεμνήμεθα, δι' ὧν ἡ Ἰσμαηλῖτις ὀφρὺς ἐκορύσσετο καὶ μεγίστην ἐπεποίητο τὴν ἐπίθεσιν, ὥστε μέχρι τῶν Μαλαγηνῶν ἐλάσαι στρατὸν κἀκεῖθεν τὴν βασιλέως ἱππότιν συναγωγὴν ἀνιμήσασθαι, εἰς ἑαυτῶν μὲν στρατηγίαν ἀείμνηστον, ἡμῶν δὲ κατα-
V. 55 στρατηγίαν σιωπῆς ἄξιον. ὡς δὲ περὶ τούτων τῷ θεοστεφεῖ ἄνακτι διέγνωστο, διοκλάζειν αὐτῷ οὐ παρῆν ἐπὶ τηλικούτῳ τῷ ἀτοπήματι, ἀλλὰ σπουδαίως ἐπαναιρεῖσθαι ὄντως ἐκδίκησιν τῶν

6. potius τῷ τε μετ' αὐτὸν. 15. κατολιγώρουν L.

navit. Ac circa primum quidem mox vita defunctum adversa usus est fortuna praeter spem: huic enim magis erat addictus prae ceteris, sperans eum imperio successurum: sed voti compos non est factus. Leoni enim, inclito et gloriosissimo principi, imperium servabatur stabile, et post illum fratri Alexandro, qui successor erat futurus secundum paternam ordinationem. Corrumpunt autem et in hac re naturalem affectum homines maligni, paterno amore nonnihil labefactato erga Leonem. Sed improbitatis nervi incisi, cum eis nihil firmitatis inesset, atque sycophantae turpiter abacti sunt, Leoque imperio potitus est ac paternam ordinationem implevit, virtute et ingenio firmus. Verum haec quidem posterius, post obitum parentis.

Cum autem intermedio tempore aliquo res bellicas neglexissent, quasi scandalis et offendiculis incidentibus in remp. quorum ante mentionem fecimus, ea occasione Ismaeliticum supercilium attollebatur, ipsique superbi armabantur, maximamque fecerant invasionem, ut ad Malagenos usque ducerent exercitum indeque imperatoris equitatum tollerent, cum ipsorum bellica solertia perpetuo memoranda, nostra autem clade silentio digna. Quae cum audivisset imperator a deo coronatus, haud succubuit rebus tam inopinatis, verum celeriter poenas exigere studuit pro talibus factis.

οὕτως ἐνηνεγμένων. Ἀνδρέαν γάρ τινα στοχασάμενος, ἄνδρα πολύφρονα καὶ πολυπειρίας μεταδιώκοντα, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἀνδρείας, κἂν ἐπεκέκρυπτο, καθὼς ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια παρεδήλωσεν, (οὗτος Σκυθῶν ἑσπερίων ἐξώρμητο) ὑποστράτηγον τοῦτον τοῦ κατὰ τὸ Ὀψίκιον προτίθησι θέματος. ὃς τὸν ὑπ' αὐτὸν στρατὸν στρατηγικῶς διαθεὶς καὶ τοῖς πολεμίοις παρεμβαλὼν μεγίστην ἀπηνέγκατο νίκην καὶ καταβεβλήκει τέως τὴν τούτων ἀλαζονείαν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ταῖς συχναῖς αὐτοῦ εὐαν- B δρείαις μετά γε πατρικιότητα τῆς τῶν σχολῶν εὐμοιρεῖ κυριότητος. καὶ πολλῷ κρείττων κατὰ τῶν ἐχθρῶν διανίστατο καὶ κατ' αὐτῶν ἄγαν ἠρίστευσεν, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπείληπτο μαγιστρότητος οὐ μετὰ πολλοῦ χρόνου.

Καὶ τὰ ἐκ τῆς Τεφρικῆς κακὰ καθ' ἡμῶν ἐβρενθύετο, χώραν λαβόντων τῶν ἐκεῖσε κακούργων τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐπιθέσεως, ἀπησχολημένους Ἀγαρηνῶν ἐν πολέμοις ἐπί τε γῆς καὶ θαλάσσης. ἀλλ' ὅμως περιγίνεται τῶν ἀλαζόνων αὐτοκράτωρ ὑπερμαχήσει θείᾳ καὶ στρατηγετῶν ἐμπειρίᾳ κατευοδούμενος· μεθ' οὓς καὶ κατὰ Γερμανικείας ἐκστρατεύσας καὶ Σαμοσάτων, ἐκπρεπεῖς πό- C λεις Σαρακηνῶν καὶ χώρας, ἀλλὰ μὴν καὶ Μελιτηνὴν στενώσας ἐξ ἐπιδρομῆς συνεχοῦς, κατ' αὐτῶν ἵστησι τρόπαια, καὶ μετὰ νίκης εὐσήμου πρὸς τὴν βασιλίδα πόλιν ἐπάνεισιν.

Οὐδὲ τὰ κατὰ τὴν ἅλα διὰ Ἀφρικῶν καθ' ἡμῶν στρατεύματα ναύμαχα δι' ἠρεμίας ἐτύγχανεν, δι' ὧν ἑσπέρα πᾶσα κα-

18. γερμανεικίας L. ibid. σαμωσάτων L.

Cum enim Andream quendam ad eam rem delegisset, virum prudentem et multarum rerum usum sectantem nec minus virtutem bellicam (quamvis id non prae se ferret), ut rei veritas ostendit (is a Scythis occidentalibus erat oriundus), hunc secundarium ducem thematis Opsiciani constituit imperator. Qui arte bellica exstructo exercitu hostes aggressus maximam victoriam obtinuit deiecitque ad tempus illorum insolentiam, atque ob id, et quod assidue rem strenue gereret, post patriciam dignitatem etiam scholarum praefecturam feliciter consequitur. Multoque valentior in hostes insurgebat, remque adversus eos optime gessit. Post haec et magistri dignitatem non multo post adeptus est.

Ad haec ex Tephrica calamitates in nos iactabantur, occasionem nactis illius loci perditis hominibus nos invadendi occupatos bello cum Agarenis terra marique. Sed tamen superat superbos illos imperator auxilio divino et experientia ducum bonum successum habens. Post haec et adversus Germaniciam nec non Samosata educto exercitu, insignes urbes Saracenorum ac regiones, ipsa etiam Melitena ad angustias redacta assiduis incursionibus, tropaea erigit et insignem victoriam reportans in imperatoriam urbem revertitur.

Per mare etiam Afrorum classis nos infestare haud cessavit, a qui-

ταδεδούλωτο, ἐν πόλεσι τῆς τε Σικελίας, ἔτι μὴν καὶ Λογγιβαρδίας πολυαριθμήτοις ἐπὶ ν' τε καὶ ρ', τοῦ Γαλλεριανοῦ χωρίς. ὧν τὴν ἀνάρρυσιν ὁ αὐτοκράτωρ Βασίλειος ἀπειργάσατο Νάσαρ καὶ Προκοπίου κατ' ἐκεῖνο καιροῦ στρατηγίας ἀντεχομέ-
D νων. καὶ τὸ μὲν ὄνομα Ἰταλία ἐφεῦρεν ἀπὸ Ἰταλοῦ τοῦ Σικελοῦ γενετῆρος, τοῦ μὲν πατρὸς τῆς Ἰταλίας χώρας τοῦ δὲ υἱοῦ Σικανίας ἢ Τρινακρίας ἐγκρατῶν γεγονότων. Ἰταλία δὲ καὶ οὕτως, ἀπό τινος περαιωσαμένης βοός, ἣν ἀθρόαν ἰδόντες ἐγχώριοι ἐκ γῆς ἑτέρας τὸν ἀπόπλουν πρὸς αὐτοὺς ποιουμένην διωκομένην τε παρὰ τῶν κτητόρων αὐτῆς ἐβόησαν "ἰταλὸς ἰταλός," ὃ τῇ ἑαυτῶν διαλέκτῳ ἑρμηνεύεται βοῦς, ἢ ἀπό τινος λῃστοῦ Ἰταλοῦ δι' Ἡρακλέους ἐκεῖσε ἀναιρεθέντος, τὴν κλῆσιν ἠγάγετο. Λογγιβαρβία δὲ ἀπό τινος Λογγιβάρβου τοῦ πρώτως κατασχόντος τὴν χώραν, ἐφ' ὅτῳ καὶ μέγα ἐξήνθιστο γένειον· λόγγη γὰρ παρὰ Λογγιβάρβοις τὸ μέγα, βάρβα δὲ τὸ γένειον.

E Τὰ δὲ κατὰ Συράκουσαν διεμεσολάβει χρόνων τινῶν δυστυχήματα· ἐπεπολιόρκητο γὰρ παρὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν. καθ' ἣν ἐξεπεπόμφει ὁ αὐτοκράτωρ Ἀδριανὸν ἄνδρα γενναῖον σὺν ναυτικῷ πολυάνδρῳ πρὸς τὴν αὐτῆς ἀπολύτρωσιν. ὃς κατιὼν μέχρι Πελοποννήσου, Ἱέρακι οὕτω κατονομαζομένῳ λιμένι προσλιμενεύεται, παρεμποδισθεὶς ἐκεῖσε δυσπλοίᾳ χαλεπωτάτῃ ἐπὶ ἡμέρας ν'·
V. 56 καὶ κατὰ τοῦτον αὐτοῦ δυσφορίᾳ πιεζομένου διὰ τὴν ἐξ ἀνέμων ἐγκάθειρξιν, προσεδεδημήκει τις τῶν χρησίμων ἀγγελίαν ἐπικο-

8. ὧν B, ὃν L. 10. ὃ] ὢι, supra scripto ὃ, L. 13. κατασχῶντας L. 19. καλοποννήσου L.

bus versus occidentem omnia subacta erant, Siciliae et Longobardiae urbes plurimae usque ad CL praeter Gallerianum. Quas imperator Basilius recuperavit, Nasare et Procopio ducibus in illo tempore. Atque Italia quidem nomen invenit ab Italo Siculi parente, patre Italia, filio autem Sicania sive Trinacria potito. Sic etiam dicitur: Italia a bove advena, quem subito conspicati indigenae adnatantem ad ipsos persequentibus possessoribus clamarunt "Italus," quod illorum sermone significat bovem, aut a quodam praedone Italo, quem Hercules ibi occidit, nomen duxit. Longobarbia autem a quodam Longobarbo, qui primitus tenuit illam regionem, quia magnam barbam alebat: longa enim Longobarbis est magnum, pili autem menti barba.

Syracusarum autem calamitates quodam tempore intervenerunt: obsidebantur enim ab Ismaelitis. Eo misit imperator Adrianum, virum strenuum, cum classe numerosa, ad eam urbem liberandam. Qui profectus ad usque Peloponnesum, portum cui nomen Hierax occupat, impeditus ibi magna difficultate navigandi per quinquaginta dies. Cumque ibi retardaretur a navigatione propter inclusos ventos, accessit ad eum

μιζόμενος δυσαχθῆ, ὡς κατὰ ε' ὥραν πρὸς τὸ χθὲς τὰς Συρακούσας ἡλῶσθαι. αἷς ὄνομα ἀπό τινων κτισασῶν ταύτας Ἀρχίου θυγατρῶν Σύρας καὶ Κόσσης, ἢ ἀπό τινος ἐκεῖσε λίμνης, ἢ ἀπὸ τῆς πρὶν μὲν κρήνης Συρακοῦς νῦν δὲ Ἀρεθούσης. τοῦ δὲ τὸ ἀληθὲς πολυπραγμονοῦντος καὶ ὁπόθεν ἐπίστασθαι τοῦτο διερευνῶντος, αὐτὸς ἀπεκρίνατο ὅτι περ "ἐν χώρῳ ὃς Ἕλος ὠνόμασται, ἀγρὸς πάρεστί μοι ὡς ἀπὸ μιλίων η' πρὸς διάστημα. καὶ κατὰ τὴν παριοῦσαν ἑσπέραν καθ' ὅν μοι περιπολεύοντι προσίασί τινες ποιμαινόντων, καὶ ἔφασκον ὡς ἐκ τῶν ἐπιχωρια- B ζόντων δαιμόνων διακηκοέναι φραζόντων γενέσθαι τὴν Συράκουσαν δοριάλωτον, ἐν ταύτῃ τε παρεῖναι αὐτούς, ὅθεν καὶ διατρανοῦσθαι ἀλήθειαν." αὐτὸς δὲ πρὸς τοῦτο μὴ κατανεύων εἰς ἀπιστίαν ἐχώρει, τὴν αὐτηκοΐαν σφετεριζόμενος. καθ' ἣν ἐν καταλήψει γενόμενος τοῦ ἀγροῦ πρώτην καθ' ὥραν καὶ ποιμέσι συγκατειλήφει τὸν ὡρισμένον χῶρον ἐφ' ᾧ τὰ ἀέρια τὴν διατριβὴν ἐπεποίηντο. ὧν τὴν διαγωγὴν πυνθανομένῳ τινὶ τῶν ποιμένων προσαπεκρίναντο κατὰ πόλιν Συράκουσαν εἶναι, τοῦ περιλειφθέντος Χριστιανικοῦ αἵματος ἐμφορεῖσθαι· τὸν δὲ περὶ τῶν τοιούτων εἰδέναι διερευνώμενον τὸ πραχθὲν γινώσκειν, τό τε C ὄνομα καὶ τὸν ἀρχικὸν βαθμὸν ἐξεπίστασθαι. οἷς ὁ Ἀδριανὸς μὴ πιστεύων ἔτι ὑπελογίζετο ἕωλα. καὶ μετὰ ιε' ἐπιοῦσαν ἡμέραν τὰ παρ' αὐτῶν ὡς ψευδῆ νομιζόμενα παρὰ τῶν ἐκεῖθεν μόλις ἐληλυθότων ἀληθῆ κατεφαίνετο. τῶν οὖν ἐγχωρίων πνευ-

13. 14. ἐγκαταλήψει L. 16. ποιμαίνων L. 21. πιστεύων B, πιστεύειν L.

quidam ex colonis nuntium gravem adportans, hesterno die hora quinta Syracusas captas fuisse. Quibus nomen a conditricibus earum Archiae filiabus Syra et Cossa, aut a quodam lacu ibidem, aut a fonte olim Syracene nunc Arethusa. Illo autem in veritatem inquirente atque unde id sciat interrogante, hic respondit "est mihi in eo loco qui Helos dicitur, praedium quasi octo milliariorum intervallo. Atque heri vesperi illud obambulanti mihi occurrunt quidam ex pastoribus, et dicebant se ex daemonibus hic versantibus audivisse dicentibus Syracusas captas esse, ibique se fuisse atque inde veritatem certo comperisse." Sed ille haud credens, fidem sibi fieri volebat proprie audita. Quare in praedium profectus hora prima cum pastoribus definitum locum occupavit, in quo spiritus illi commorabantur. Quos cum quidam ex pastoribus interrogasset ubi fuissent, ipsi responderunt in urbe Syracusarum se fuisse et satiasse reliquiis sanguinis Christiani qui effusus esset; illum porro qui de his scire cuperet quid sit factum, se nosse, nomenque et gradum dignitatis scire. Quibus nondum credens Adrianus ea existimabat frivola. Sed post decimum quintum diem ea quae ipsi mendacia videbantur per illos qui inde aegre evaserant vera demonstrabantur. Ceterum illius loci

μάτων ἡ τοιαύτη πρόγνωσις, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἡ ἐπὶ τῶν πραττομένων γνῶσις, τοῖς κατὰ τὴν αὐτὴν χώραν ἄχρι βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου ὥς φασι Λέοντος προσμεμένηκεν. τότε δὴ στρατὸν τὸν ὑπ' αὐτὸν ναύμαχον συναγείρας τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐπιδημεῖ, καὶ ἱκέτης ἔν τινι ἱερῷ παραγίνεται ἐξαιτῶν συγκεχωρῆσθαι τοῦ σφάλματος. ἀλλὰ τῶν δεόντων ὀλιγωρήσας, καὶ οὐχὶ δυσπλοίᾳ πλέον ὡς ἔφασκεν, συγγνώμης οὐκ ἔτυχεν.

D Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἐφεστηκότι καιρῷ οἱ ἀπὸ Καρχηδόνος Ἄφροι Σαρακηνοὶ σὺν ὁλκάσι παμμεγέθεσιν ξ', αἷς χώρησις σ' ἀνδρῶν διηρίθμητο, καταστρατεύουσι καὶ διικνοῦνται Κεφαληνίας μέχρι καὶ Ζακύνθου, ἥτις πρὸς ἄνεμον Ζέφυρον κατὰ τὸν καλούμενον Ἰχθὺν ἀπονένευκεν ἔκ τε Ζακύνθου τοῦ Μέροπος τῆς προσηγορίας τετύχηκεν. περὶ ὧν ὁ βασιλεὺς διαγνοὺς τὸν πατρίκιον Νάσαρ ἐκπέμπει σὺν ναυστολίᾳ, ἄνδρα πολύπειρον, ταύτης καθηγησόμενον. τοῦ δὲ κατὰ Μεθώνην τὴν πρὶν Πήδασον καλουμένην ἐπιδημήσαντος, οἱ πλεῖστοι στρατιωτῶν τῶν πλοίων
E ἀπέδρασαν καταλελοιπότες αὐτόν. ὃ διαγινώσκεται ταχέως τῷ βασιλεῖ, καὶ σὺν κατεπείξει σφοδρᾷ παρ' αὐτοῦ τις ἀποσταλεὶς διατέτακται περὶ τὸν τόπον ἀνασκολοπισμὸν ἱδρύσασθαι ξυλουργήματος καὶ τοὺς δραπέτας ἐν αὐτοῖς ἀνασκολοπίσαι, οὕτως τὴν πρόσταξιν κατὰ τὸ ἐμφανὲς μηχανώμενος· κρυφίως γὰρ ἐν νυκτὶ τῶν ἀπὸ τῆς φυλακῆς Ἀγαρηνοὺς λ' προσλαβόμενος δρουγγαρίῳ
V. 57 τῷ κατὰ τὴν αὐτοῦ φρουρὰν προεστῶτι ἐκδέδωκε, διασφαλισάμε-

15. πίδασον L.

spirituum praescientia, aut potius ipsorum factorum scientia, ibidem usque ad imperium piissimi Leonis, ut aiunt, duravit. Tunc igitur copiis nauticis quas secum habebat congregatis Constantinopolin proficiscitur, supplexque fit in quodam templo petens veniam delictorum. Sed quod officium neglexisset, nec adeo difficultate navigandi usus fuisset, ut ipse dictitabat, veniam consecutus non est.

Eodem tempore ex Carthagine Afri Saraceni cum ingentibus navibus sexaginta, quae ducentenos viros capiebant, infesto exercitu nos invadunt, perveniuntque ad Cephaleniam usque ac Zacynthum, quae ad Zephyrum versus Ichthyn spectat, a Zacyntho autem Meropis filio nomen accepit. Quo cognito, imperator patricium Nasarem, virum multarum rerum peritum, mittit cum classe ducem. Qui cum ad Methonam, quae prius Pedasus dicta fuit, pervenisset, plerique militum ex navibus aufugerunt ipsumque deseruerunt. Quod mox notificatur imperatori, atque cum festinatione vehementi ab ipso aliquis missus est, iussus in eo loco furcas collocare ligneas ac fugitivos in iis suspendere; ita fieri aperte mandans: clam enim noctu ex carcere Agarenos triginta eductos drungario ac praefecto suae custodiae tradidit, severe praecipiens ne cui-

νος μηδενὶ ἔκφορον ποιήσασθαι τὸ συντεθησόμενον, ἵνα μὴ ποινῇ ἀφορήτῳ καθυποβάλοιτο· ἐκεκέλευστο γὰρ αὐτῷ τῶν λ' Ἰσμαηλιτῶν πυρὶ καὶ πίσσῃ τὰς γενειάδας, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς κατὰ κεφαλὴν τρίχας, ἐναποφλέξαι, τάς τε ὄψεις αὐτῶν ἀσβόλῃ ἐμπεριχρῖσαι καὶ πέδαις διπλαῖς τοὺς πόδας ἐμπιέζεσθαι, καί τινι ὥρᾳ διωρισμένης ἡμέρας μεμαστιγῶσθαι αὐτοὺς ὡς λειποτάκτας πλευσίμους ἐν φραγελλίοις δεινοῖς κατὰ τὸν ἱππόδρομον, καὶ διασυρμοὺς δραπετῶν κατηγόροις ἐν λόγοις ὑφισταμένους διελεύσεσθαι γυμνητεύοντας καὶ ὀχουμένους ἐπ' ὄνων ἕως πυλῶν χρυσωνύμων βασιλίδος τῆς πόλεως, παραφυλάξασθαι δὲ μηδένα τῶν συνόντων αὐτοῖς ἐμπελάσαντα ὁμιλῆσαι. τούτων ταύτῃ [B] προχωρησάντων κατὰ Μεθώνην προΐησιν ἀνεσκολοπίσθαι τούτους ὡς δραπέτας πολέμων ἀνάλκιδας, καὶ μή τινα τῶν ἐγχωρίων ἀρχηγετῶν εἴτε λαοῦ τῆς κοινότητος, ἀλλὰ μήτε αὐτὸν προηγέτην στρατοῦ, τῶν ὁμοίων τῆς ἐχεμυθίας ἀπολιμπάνεσθαι· καὶ δεσμῶται πάντες ἀνήρτηντο σκόλοψιν. ἐνθένδε θρῆνος οὐχ ὁ τυχὼν τῷ πατρικίῳ Νάσαρ καὶ ὑπ' αὐτὸν ἄρχουσιν ἐπεγίνετο, μέμψιν ἑαυτοῖς ἐπιτρίβουσι τῆς περὶ τούτους λειποταξίας, τοῦ ἐκ βασιλέως διαβεβαιουμένου αὐτοῖς τάς τε συνεύνους καὶ παῖδας δραπετευσάντων, ἔτι μὴν καὶ γεννήτορας, τὸν αὐτοκράτορα πάντας ἄρδην ξίφει διολοθρεῦσαι. ὡς ἐκ τοῦδε τοῦ καλλίστου σκευάσματος δι' εὐαριθμήτων κατακρίτων Ἀγαρηνῶν τὸν οἰκεῖον λαὸν [C] ἀνασώσασθαι. περιδεεῖς οὖν γεγονότες ὅ τε ναύαρχος αὐτῶν

17. καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν V. 18. περὶ τούτου L.

quam enuntiaret quod strueretur, ne supplicio intolerabili subiiciatur: imperavit etiam ei ut illis triginta Ismaelitis igni ac pice barbas nec non capitis capillos ambureret, faciesque eorum fuligine oblineret, ac compedibus duplicibus pedes constringeret, utque ipsi hora certa definiti diei caederentur, tanquam fugitivi ac desertores navium, diris flagellis in circo, et cum exprobratione et incusatione, quod fugitivi essent, traducerentur nudi atque asinis invecti usque ad Aureas portas imperatoriae urbis; caveretque ne quisquam praesentium accedens cum iis loquatur. Quibus ita peractis Methonam versus eos mittit suspendendos tanquam fugitivos ac desertores belli ignavos, praecipit etiam ne quisquam ex ducibus illius loci, aut etiam ex vulgo hominum, ne ipse quidem summus dux exercitus, tali silentio exemptus sit: atque vincti omnes suspensi sunt. Hinc lamentatio non vulgaris patricio Nasari ac ducibus qui ei suberant suborta, se ipsos insimulantibus illorum desertionis, eo qui ab imperatore venerat affirmante etiam coniuges fugitivorum, nec non parentes, imperatorem omnes omnino gladio perditurum. Ita factum hoc pulcherrimo commento ut per paucos condemnatos Agarenos suum populum conservaret. Metu enim perculsi, cum navarchus ipsorum Na-

Νάσαρ καὶ οἱ ὑπ' αὐτὸν ἀρχηγοὶ ὅ τε σύμπας λαός, τὸ τοιοῦτον μήποτε καὶ αὐτοὶ ὑποστήσωνται, ἀναγκαίως τοῖς πολεμίοις ἀντικαθίστανται, νίκῃ τῇ πρὶν μεγαλειουμένοις βαρβαρικώτατα καὶ Ζάκυνθον προσεδρεύουσιν. οὐκοῦν ἐπιτίθεται τούτοις Νάσαρ παρεμβαλών, καὶ πανωλεθρίαν θείᾳ ἰσχύϊ καὶ βασιλέως ἐντεύξει κατ' αὐτῶν τίθεται. τοῦ δὲ καθ' ἡμᾶς πλοΐμου στρατοῦ τῶν Ἀγαρηνῶν κατισχύοντος, ἔναρθρός τις βοὴ κοιλάδος ἠφίετο τοῖς πρόσω φοιτᾶν ἐγκελευομένη. ὅθεν οὗτοι Σικελίαν πᾶσαν καὶ Ἀφρικήν, πρὸς δὲ καὶ Λογγιβαρβίαν, διαδραμόντες πολεμικῷ
D πυρὶ καὶ παντοδαπεῖ ξίφει τοὺς ἐν τοῖς πλοίοις Ἀγαρηνοὺς καταφλέξαντές τε καὶ δῃώσαμενοι, καὶ ἑτέρας τὰς πρὸς ἐμπορίαν κατέσχον, ὧν ἀριθμὸν συνθέσθαι πάντως οὐ ῥᾴδιον, ἐπιφορτιζομένων εἴδη παντοῖα, πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ δαψιλέστατον ἔλαιον, καὶ τοσοῦτον ὡς ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις τὴν κατὰ λίτραν ὁλκὴν ὀβολοῦ πρίασθαι καὶ κατὰ θαυμασιότητα πᾶσι τὰ τότε πραχθέντα φημίζεσθαι. καὶ μάλιστά γε ἐκ τῶν κατὰ τὴν Τεφρικὴν συνηλύδων, τοῦ τε Παύλου Σαμοσατέως, σὺν αὐτῷ Κούβρηκός τε καὶ Μοντανοῦ, καὶ ἄλλων αἱρεσιαρχῶν διαφόρων, κατοφρυω-
E σάντων τὸ πρότερον, καὶ καταδυναστευθέντων τὸ ὕστερον θεοῦ βραχίονι κραταιῷ καὶ ἱκετηρίαις σὺν φροντίσμασιν ἐπαλλήλοις τοῦ αὐτοκράτορος. ὃς ἅπαξ καὶ δὶς κατ' αὐτῶν ἐπιών, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἁπάσας χώρας ἐν αἰχμαλωσίαις καὶ πυρπολήσεσιν

2. ὑποστήσονται L. 3. μεγαλειουμένους L. 5. πανολεθρίαν L. 7. κυλάδος L. 15. θαυμασιώτητα L. 17. σαμωσατέως L. 18. κατωφρυωσάντων L. 21. κάτ' αὐτὸν L.

sar, tum duces qui ei suberant, ne tale quid aliquando et ipsi perpetiantur, necessario hostibus resistunt propter superiorem victoriam superbientibus summa barbarie atque Zacynthum obsidentibus. Ergo impetum in eos facit Nasar, atque internecione caedit, divino auxilio imperatorisque apud deum intercessione contra illos. Cum autem nostra classis Agarenos superasset, articulata quaedam vox ex convalle mittebatur, ulterius pergere iubens. Unde isti per Siciliam omnem et Africam nec non Longobardiam profecti, bellico igni et omni genere caedis Agarenos in navibus comburentes et interficientes, etiam alias naves mercatorias ceperunt, quarum numerum inire haud facile est, oneratas variis mercibus, in quibus et oleum maxima copia, ita ut in illis diebus librae pondus obolo veniret, ac tanquam miracula apud omnes ea quae tunc facta essent celebrarentur. Praecipue ob colluviem Tephricensium, Paulum Samosatensem, cumque eo Cubricum et Montanum, aliosque auctores haeresium ac principes varios, superbia elatos prius, sed superatos postea dei brachio forti et supplicationibus continuisque curis imperatoris. Qui semel iterumque eos aggressus, prius quidem omnibus regioni-

ἐρειπιώσας, κατὰ Τεφρικῆς ἀγωνίζεται, τινὶ χρόνῳ ἐνδιαρκέσας. ἧς ἀπρακτήσας ἐπάνεισι πρὸς τὴν βασιλεύουσαν, καὶ τῷ ναῷ τῶν ἀρχιστρατήγων εἰσδύς, ὃς παρ' αὐτοῦ κατεσκεύαστο, αὐτοὺς ἱκετεύει ἐν συντριβῇ καρδίας καὶ στεναγμοῖς, μὴ πρὶν θεάσασθαι V. 58 θάνατον πρὶν ἂν διὰ ζωῆς σχοίη τὸν κατὰ Τεφρικὴν ὄλεθρον· καὶ αὖθις κατ' αὐτῶν ἔξεισι σὺν πολυπληθέσι στρατεύμασιν, ἐρημίαν πολλὴν αὐτοῖς ἐπαγόμενος. αὐτῆς δὲ διειργασμένης ἐν τῷ μεταξὺ οὐρανόθεν βρόμος τῶν φρικωδεστάτων προσπίπτει αὐτοῖς, ὡς ἐκ τούτου τὰς τῆς Τεφρικῆς ἱδρύσεις ἐκδεδινῆσθαι, καὶ τοῦ τοιούτου γε δείματος τοὺς ταύτης οἰκήτορας χάριν αὐτῶν θεόθεν τελεσθέντος καθυπειληφέναι. διὰ τοῦτο οἱ μὲν αὐτῶν τῷ βασιλεῖ προσεχώρουν ἐλέους δεόμενοι, οἱ δὲ πρὸς τὰ ἔνδον Συρίας μετανάστευόντο, ὡς παρὰ μικρὸν ἐξ ἀμφοῖν τὴν πόλιν αὐτῶν ἐρήμην λαοῦ γεγονέναι, ἥτις κεκράτητο τοῦ ταύτης προστατοῦντος καταπτοηθέντος Χρυσόχειρος.

Οὗτος γὰρ ὁ ἀλαζὼν σὺν Καρβαίᾳ καὶ Καλλίστῳ πλεῖστα B κακὰ Χριστιανοῖς τεκτηνάμενος, ὡς καὶ ὁ τούτου πατήρ, καὶ μέχρι Νικομηδείας καὶ Νικαίας αὐτῆς διελθών, ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς τὸ τῶν Θρακησίων θέμα διαδραμών, μέχρις Ἰωάννου τοῦ θεολόγου τῆς ἐπαρχίας κατήντησεν, οὗτινος τῷ ναῷ οἱ σὺν αὐτῷ ἐντυχόντες εἰσήγαγον τά τε ἄλογα αὐτῶν καὶ λοιπὴν ἀποσκευήν, δυσμενῶς ἐνυβρίζοντες. πρὸς οὖν τὸν Χρυσόχειρα γράφει ὁ βασιλεὺς εἰρήνην συνθέσθαι, οἷα τὸν τρόπον εἰρηνικὸς ὑπάρχων καὶ

1. ἐρριπώσας L. 5. σχοίει L. 11. καθυπειλῆφαι L. 15. καταπτωθέντος L.

bus, populando et captivos abducendo, vastatis, Tephricam oppugnat aliquandiu, sed cum nihil proficeret, revertitur in imperatoriam urbem, ingressusque templum principum caelestis militiae, quod ipse aedificaverat, illis supplicat in contritione cordis et suspiriis, ne prius videret mortem quam Tephricam exitio dedisset. Atque rursus adversus eam proficiscitur cum maximis copiis, vastitatem magnam inferens. In cuius expugnatione de caelo fremitus maxime terribilis in eos ingruit, ut ex eo Tephricae structurae concuterentur atque eiusmodi terrorem incolae eius ipsorum causa divinitus factum existimarent. Quare alii eorum ad imperatorem se contulerunt misericordiam orantes, alii in intimam Syriam migrarunt, ut sic utrinque urbs eorum, ab hominibus deserta, vacua fieret, quae subacta est duce eius Chrysochire in terrorem coniecto.

Iste enim homo insolens cum Carbea et Callisto plurima mala Christianis intulit, sicut et eius pater, atque Nicomediam usque ac Nicaeam ipsam profectus, per Thracensium etiam thema, usque ad Iohannis theologi regionem pervenit. Cuius templum ii qui cum illo erant intrantes introduxerunt equos suos et impedimenta, hostiliter insultantes. Igitur ad Chrysochirem scribit imperator pacis componendae causa, ut qui erat

εὔσπλαγχνος ὄντως, κατὰ τὸ λόγιον τὸ φάσκον "γίνεσθε πρὸς ἀλλήλους χρηστοὶ καὶ εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς καθὼς
C καὶ ὁ Χριστὸς ἡμῖν ἑαυτὸν ἐχαρίσατο," καὶ αὐταρκεσθῆναι ἐφ' οἷς ἐπεπόνητο, εἰληφέναι τε παρ' αὐτοῦ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ ἐσθῆτας, καὶ αἰχμαλωτίζειν καὶ κατασφάττειν Χριστιανοὺς ἀνακόψαι. ἀλλ' ὁ θρασύφρων καὶ ἄπιστος τοῖς εἰρηναίοις λόγοις οὐ πείθεται· διὸ καὶ ἀντιγράφει τῷ βασιλεῖ ὡς "εἴπερ ἐθέλοις, ὦ βασιλεῦ, μεθ' ἡμῶν εἰρήνην ἐπιτελέσαι, ἀπόστηθι τῆς κατ' ἀνατολὴν ἐξουσίας σου, τῆς δὲ πρὸς δύσιν ἀντέχου, καὶ εἰρηνεύσομεν μετὰ σοῦ· εἰ δὲ μή, σπεύσομεν ὅλως ἵνα σε καὶ τῆς βασιλείας ἐξοστρακίσωμεν." τῆς οὖν ἀπονοίας αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς διαισθόμενος ἐφιλοσόφησε σιωπήν, μηδὲν ἔτι αὐτῷ ἀντιγεγραφώς.

Δυσὶ δὲ χρόνοις παρελκυσθεῖσιν ὁ Χρυσόχειρ ἐξῆλθε σὺν τοῖς ἰδίοις στρατεύμασι μέχρις Ἀγκύρας τῆς πόλεως καὶ αὐτῶν
D τῶν κομμάτων, λαφυραγωγίαν ἑαυτῷ πολλὴν προσηκάμενος, καὶ ἐπάνεισιν. ὁ δὲ καθηγεμὼν τῶν σχολῶν διαστηματίζων μίλιον ἓν τὴν παραδρομὴν ἐσκευάζετο· ἐδεδοίκει γὰρ πλησιοφανῆ τὴν παραδρομὴν παραδείκνυσθαι. ὁ δὲ Χρυσόχειρ κατηντηκὼς τῷ τοῦ Χαρσιανοῦ θέματι εἰς Ἀγράνας ἐσκήνωται, εἰς τὸ Σίβορον δὲ ὁ δομέστικος· καὶ τοῖς στρατηγέταις τῶν τε Ἀρμενιακῶν καὶ τοῦ Χαρσιανοῦ προστέταχε διειπὼν "ἄρατε τοὺς ὑπὸ χεῖρα τελοῦντας ὑμῶν ἄρχοντας, καὶ καλλίππους τινάς, καὶ δαπάνας ὡς ἡμερῶν ιβ', καὶ παρατρέχοιτε τὸν Χρυσόχειρα μέχρι τοῦ Βα-

10. σκεύσωμεν L.

pacificus et vere misericors, secundum oraculum quod ait "estote invicem benigni et misericordes, donantes invicem, sicut et Christus nobis se ipsum donavit:" esset contentus iis quae acquisivisset, acciperetque ab ipso aurum et argentum et vestes, ac desineret captivos ducere et trucidare Christianos. Sed homo ferox et infidelis pacificis verbis non permovetur. Quare etiam rescribit imperatori "si cupis, imperator, nobiscum pacem inire, relinque orientis imperium, et tantum occidentale serva: sic pacem agemus tecum. Si minus, conabimur te omnino regno eiicere." Hanc eius amentiam imperator sentiens sapienter tacuit nec amplius rescripsit.

Duobus autem annis elapsis venit Chrysochir cum suo exercitu usque ad Ancyram urbem et ipsa Commata, praedaque multa potitus revertitur. Ceterum domesticus scholarum intervallo unius diei distans subsequi desinebat: verebatur enim subsequi et conspici. Chrysochir autem in Charsiani thema venit, et ad Agranas castra metatur, domesticus autem ad Siboron. qui praetoribus Armeniacorum et Charsiani praecepit dicens "tollite duces qui vobis subsunt, et equites aliquos bonos, victumque quasi dierum duodecim, et subsequimini Chrysochirem usque ad

θυρύακος· καὶ εἰ μὲν διαιρήσας λαὸν εὔπληκτον παραπέμψοι τῷ
τῶν Ἀρμενιακῶν ἢ τῷ τοῦ Χαρσιανοῦ θέματι, κατάδηλον ἡμῖν
τοῦτο ποιήσατε· ὅτε δὲ ἀποκινήσοι τοῦ Βαθυρύακος, ὑποστρα-
φέντες ἥκετε πρὸς ἡμᾶς." ἀπελθὼν τοίνυν ἑσπέρας ὁ Χρυσό-
χειρ ἐσκήνωσε κάτω, οἱ δὲ στρατηλάται εἰς τὸν ζυγὸν προσανέ-
βησαν καὶ ηὐλίσθησαν εἴς τινα τόπον κατονομαζόμενον Ζωγο-
λόηνον· οὗτος γάρ ἐστιν ἐκ πετρώδους συμπήξεως δυσανάβατος,
ἐν ᾧ ὕλη πολύδενδρος πέφυκεν. τῶν οὖν εἰρημένων στρατηλα-
τῶν ἐκεῖσε διαναπαυσαμένων, φιλονεικία τις ἀνέκυψεν ἀνδρικὴ V. 59
τῶν ἀρχόντων ἀλλήλοις ἀντεριζόντων τίνες ἂν εἶεν κρείττους, πό-
τερον οἱ ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀρμενιακῶν θέματος ἢ τοῦ Χαρσιανοῦ
ὡρμημένοι. τῶν οὖν Χαρσιανιτῶν φιλονεικούντων τὰ πρεσβεῖα
ἑαυτοῖς τῆς ἀνδρείας ἐπιδοῦναι ἢ τοῖς ἑτέροις, οἱ Ἀρμενιακοὶ εἶ-
πον πρὸς αὐτούς "τί φιλονεικεῖν ἔτι περὶ ἀνδρείας ἐκ λόγων βου-
λόμεθα; πρακτικῶς τοῖς πολεμίοις παρεμβάλωμεν ἄμφω· καὶ
τότε φανερωθείη ἕκαστος ἡμῶν, ὁποῖος ἑτέρου καθέστηκεν ἀν-
δρειότερος." οἱ δὲ στρατηγέται διακηκοότες περὶ τῆς ἁμίλλης
αὐτῶν, δι' αὐτῶν δὲ καὶ τῆς τοῦ λαοῦ προθυμίας συνευδοκού-
σης αὐτοῖς, ἤγαγον καὶ εἰρήκεισαν "προθυμεῖσθε, ὦ ἄνδρες
ἀνθάμιλλοι, ἵνα τοῖς πολεμίοις, θεοῦ συνεργοῦντος, προσβάλω- B
μεν." πρὸς οὓς γενναιοφρόνως ἐξεῖπον "ναί. καὶ διὰ τοῦτο
ὅρκῳ μεγίστῳ τῆς βασιλικῆς κεφαλῆς περιδεσμοῦμεν ὑμᾶς, ὅπως
συμπλακῶμεν αὐτοῖς. ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ ἐρηρείσμεθα, τῶν ἐχυ-

13. ἑταίροις L. 15. παρεμβάλομεν L.

Bathyrrhyacem. Et si quidem partem aliquam exercitus quae facile superari possit miserit in Armeniacorum aut in Charsiani thema, significate id nobis: si autem discesserit a Bathyrrhyace, revertentes venite ad nos." Vesperi igitur profectus Chrysochir castra posuit in inferiore loco, praetores autem nostri in iugum montis adscenderunt manseruntque in quodam loco Zogoloenon dicto: est enim propter rupes adscensu difficilis habetque densam silvam. Ceterum praetoribus ibi quiescentibus contentio quaedam exorta est de fortitudine, ducibus inter se rixantibus utri potiores essent, utrum ii qui sunt ab Armeniacorum, an ii qui sunt a Charsiani themate. Cumque Charsianitae contenderent primas fortitudinis sibi potius deferendas esse quam alteris, Armeniaci dixerunt ad eos "quid amplius contendere de fortitudine verbis cupimus? reipsa hostes aggrediamur utrique: atque tunc apparebit qualis quisque nostrum sit et quis altero fortior." Praetores quoque cum audivissent de certamine istorum et ex iisdem intellexissent militum alacritatem, quae ipsis placebat, duxerunt eisque dixerunt "vultisne, o aemuli, ut hostes deo cooperante aggrediamur?" Quibus alacri animo responderunt "ita: et propterea iureiurando maximo per imperatoris caput nos obstringimus ut confligamus cum illis. Locus enim in quo siti sumus est munitissimus,

ρωτάτων· ἐξ οὗ εἴ πέρ τι κατ' αὐτῶν γενναῖον καταπραξαίμεθα,
τοῦτο ἡμῖν ἐστὶν εἰς τρόπαιον· εἰ δὲ μή, κατ' οὐδὲν παρ' αὐ-
τῶν πημανθείημεν." τότε δὴ τότε οἱ δύο στρατηγέται διεῖλον
ἄνδρας μέχρι ἕκτης ἑκατοντάδος, τοὺς δὲ λοιποὺς παρῆκαν ἐν
ταῖς σκηναῖς τῶν ἀρχηγῶν αὐτῶν σὺν φλαμούλλοις, καὶ τούτοις
διησφαλίσαντο ἐπειπόντες "ἡμεῖς μὲν τῷ φωσάτῳ παρεμπελά-
C σομεν ἐπιτρέχοντες, καὶ ὅταν τὴν ἄφιξιν πρὸς ἡμᾶς ἀπευθύνωσι,
παρεμβαλοῦμεν αὐτοῖς· καὶ εἰ μὲν ὁρμήσουσι κατέναντι ἡμῶν,
ἐξέλθετε ἄντικρυς καὶ μεγάλως κεκράξατε, πλείστου λαοῦ βοὴν
ἐνσημαίνοντες, ὅπως ἐκ ταύτης εἰκάσειεν τὸν τῶν σχολῶν ἐξηγού-
μενον μετὰ τῶν θεμάτων ἐφεστηκέναι." τῇ οὖν ὑφηγήσει ταύτῃ
κεκινηκότων τῶν στρατηγῶν καὶ παρεμπεπτωκότων ἐκ τοῦ σύνεγ-
γυς τοῖς ἐχθροῖς πρὸ τοῦ τὴν ἡμέραν τρανῶς ἐπιλάμψαι τοῖς τῶν
τυμπάνων κρούμασιν ἐπεκίνησαν. ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν μετὰ τοῦ
Χρυσόχειρος . . . ., οἱ δὲ τὰ φορτία τοῖς ὑποζυγίοις ἐκούφιζον.
τούτων οὕτως μεριζομένων οἱ στρατηγέται σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν
D ἄρχουσιν ἐπέθεντο κατ' αὐτῶν, καὶ φωνῇ βριαρᾷ "σταυρὸς
νενίκηκεν" οἷον πολεμικῶς ἐτυμπάνισαν. οὗτοι δὲ τῇ ἀθρόᾳ
προσβολῇ καταπτήξαντες ἀμεταστρεπτὶ τῆς φυγῆς εἴχοντο, μηδὲ
ὁρᾶν καὶ πολυπραγμονεῖν ἀνεχόμενοι τίνες διώκται τούτων ὑπάρ-
χοιεν, ἀπὸ τοῦ Βαθυρύακος διωκόμενοι ἐπὶ μιλίοις λ' ἕως τοῦ
κατωνομασμένου Κωνσταντίνου βουνοῦ, χαλεπῶς συγκοπτόμενοι.

Καὶ ὁ Χρυσόχειρ ὀλίγους τινὰς μεθ' ἑαυτοῦ προσλαβόμε-

7. ὑμᾶς L. 8. ὑμῶν L. 9. fort. γε κράξατε. 10. τὸν] τὸ L.

ex quo si strenue rem gesserimus adversus eos, eo ipso victoriam consequemur: sin minus, nulla ab ipsis clade afficiemur." Tunc igitur tunc duo praetores separarunt viros ad sexcentos, ceteros reliquerunt in tentoriis ducum ipsorum cum vexillis, atque his praeceperunt dicentes "nos quidem castris hostium propinquabimus, atque si obviam nobis venerint, aggrediemur eos: si vero impetum in nos fecerint, exite ex castris, et vehementer clamate, maximae multitudinis clamorem exprimentes, ut inde suspicentur domesticum scholarum cum thematibus adesse." Secundum hoc igitur praeceptum cum praetores exivissent cum suis atque propius ad hostem accessissent antequam dies plane illusceret, isti tympanorum sonitu cientur. Sed partim cum Chrysochire erant, partim onera iumentis tollebant. Quibus ita divisis, praetor cum suis ductoribus eos aggrediuntur, ac voce magna *crux vicit*, quasi bellicum intonarunt. At isti subito in cursu territi, terga dantes fugam arripiunt, nec videre nec explorare sustinentes quinam ipsos persequantur, cum a Bathyrrhyace fugerent ad triginta milliaria usque ad Constantini collem, multis interea caesis.

Etiam Chrysochir cum paucis quibusdam quos sibi adiunxerat fugae

νος φυγαδείαν ἠσπάσατο. ἐπιφθάνει τοίνυν αὐτὸν ὁ Πουλλάδης, ᾧ τοῦτο παρῆν ὄνομα περιβόητον, πῖλον ἐνδεδυμένος· προεκεκράτητο δὲ κατὰ Τεφρικὴν καὶ κατὰ χαριεντισμὸν τῷ Χρυσόχειρι προσῳκείωτο. ὡς οὖν ἑωράκει τοῦτον, ἐπέγνω καὶ ἐκεκράγει διαπρυσίως "ὧδε οἱ στρατηγέται, ὧδε ὁ τῶν σχολῶν ἐξηγούμενος ἴτω." ἄπεισιν ὁ Χρυσόχειρ, καὶ πρὸς τὸν Πουλλάδην ἐφώ- E
νησεν "ἄθλιε ὦ Πουλλάδη, τί σοι φαῦλον ἐνεδειξάμην; μᾶλλον μέντοιγε πλεῖστά σοι χρηστὰ εἰργασάμην. ἄπελθε, καὶ μή μοι πρόσκομμα εἴης." ὁ δὲ ἀντέφη αὐτῷ "ἐγὼ γινώσκω, Χρυσόχειρ, ὅτι πλεῖστα καλά μοι πεποίηκας, καὶ εὐελπιστῶ τῷ σωτῆρί μου θεῷ κατ' αὐτήν γε τὴν ἡμέραν ἀποδοῦναί σοι τὰ χαριστήρια." ἱππάζων δὲ ὁ Χρυσόχειρ εὑρίσκει τάφρον πρὸς τοῖς ἐνωπίοις αὐτοῦ, ἣν ὁ ἵππος αὐτοῦ ὑπερπηδᾶν . . . . . . τούτου V. 60
διώκλαζεν. ὅθεν ὁ μὲν Χρυσόχειρ τοῦ λοιποῦ ὁρᾶν τὸν Πουλλάδην οὐδ' ὅλως ἐφρόντιζεν, ἑώρα δὲ μᾶλλον κατέναντι αὐτοῦ, ἵνα μὴ τῷ τῆς τάφρου περιπέσειεν πτώματι· καὶ λαθραίως αὐτὸν ὁ Πουλλάδης κατὰ τὴν μασχάλην τιτρώσκει κοντῷ· οὗ τῇ πληγῇ ταραχθέντος ὁ ἵππος παρέσφηλέ τε καὶ αὐτὸν ἀπεκρήμνισεν. καταβὰς οὖν ὁ τῶν πρὸς θεραπείαν αὐτοῦ οἰκειότατος, ᾧ Διακονίτζης τὸ φημιζόμενον, (ὃν Λέων ὁ ἀοίδιμος βασιλεὺς ἀλλοιωθέντα τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν ἐκ τῆς μυσαρᾶς θρησκείας τῶν Παυλιανιστῶν, προεχειρίσατο μηνσουράτωρα, ὅπερ φωνῇ Ῥωμαίων οὕτω προσαγορεύεται) καὶ τούτου τὴν κεφαλὴν βαστάξας ἠξίωσε κομιδῆς ταύτην ἐνθεὶς τοῖς αὐτοῦ γόνασιν· ὃν B

1. πουλλάδις ᾧ τούτῳ L. 6. εἴτω L. 19. ᾧ] ὁ L. 22. μινσουράτωρα L.

intentus erat. Hunc assequitur Pullades quidam, ut vocabatur celebri nomine, pileo indutus: captivus autem fuerat in Tephrica, cumque lepidus et festivus esset, in familiaritatem Chrysochiris venerat. Ut igitur hunc vidit, agnovit clamavitque magna voce "huc praetores, huc domesticus scholarum veniat." Evadit Chrysochir atque ad Pulladem dicit "quid, miser Pullades, mali tibi feci? potius quidem plurima beneficia in te contuli. Abi, ne mihi sis offendiculo." At is respondit "equidem scio, Chrysochir, quod plurimis beneficiis me affecisti: et confido salvatori meo deo, hac die me tibi gratiam relaturum." Porro Chrysochir equitans invenit fossam sibi obiectam, quam equus eius transilire reformidavit et titubavit. Unde Chrysochir iam ad Pulladem respicere plane non cogitavit, sed magis ante se videbat, ne in fossam incideret: atque Pullades eum clam sub axilla vulnerat conto: qui cum perturbaretur hoc ictu, equus eius commotior factus eum deiecit. Desiliens igitur equo ex ministris eius coniunctissimus Diaconitzes nomine, (quem Leo laudatissimus imperator conversum a cultu abominali Paulinistarum ad meliorem, constituit mensuratorem, ut Romanorum sermone vocatur) eiusque caput tenens fovebat et curabat genibus suis impositum. Supervenientes autem

εὑρηκότες οἱ στρατηλάται κατέσχον καὶ διατεμόντες αὐτὴν σπουδαίως τῷ θεοστέπτῳ ἄνακτι Βασιλείῳ ὡς δῶρον ἀνέπεμψαν.

Περὶ δὲ τὰς κοινωφελεῖς πράξεις τοιοῦτος ὑπῆρχε μεριμνηματικώτατος ὁ βασιλεύς, μετά γε πλείστων τῶν παρ᾽ αὐτοῦ διαπεπραγμένων, ὥστε κατὰ τὸν ἐγκρατείας καιρὸν ἐπὶ ἑβδομάσιν αὐτῆς, μετὰ τὴν συγκλητικὴν τῶν βασιλείων ἀπαναχώρησιν, εἰσίεσθαι τῷ σεκρέτῳ, ἔνθα αἱ εἰσπράξεις τῶν δημοσίων πεφορολόγηνται, κἀκεῖσε τὰς συμπιπτούσας ἀμφισβητήσεις πραγματικῶς διαλύεσθαι.

Ἐν δὲ ταῖς κατὰ κυνηγεσίαν καὶ σφαιρισμὸν ἀχθοφορίαν τε
C καὶ πρὸς ἅλματα γενναιότησι πάνυ περιδέξιος ἦν ὁ ἄναξ Βασίλειος, ὥστε κατὰ κυνηγεσίαν μὲν καθυπερτερεῖν τῶν Κενταύρων, κατὰ δὲ σφαιρισμὸν Ἀλκινόου τοῦ βασιλέως ὑπερβάλλειν τοὺς σφαιριστάς, κατὰ πάλην Ἀρισταίου καὶ Αἰακοῦ ἀλκιμώτερος καὶ αὐτοῦ Ἡρακλέους ἐφάμιλλος, ὑπεραναβεβηκέναι δὲ τοῖς πηδήμασιν Ἀχιλλέως, κατά τε τὸ φέρειν ἄχθη ῥᾳδίως χερσὶ πολλῷ διενηνοχέναι τοῦ Ἕκτορος, ὡς καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ, καὶ δίχα τοῦ ἀγκυλομήτου Διὸς ἐν τῇ ἄρσει τὸ ἄχθος κουφίζοντος, τὸ ποιητικὸν ἔπος προσαρμοσθήσεται,

τὸ δ᾽ οὔ κε δύ᾽ ἀνέρε δήμου ἀρίστω
ῥηϊδίως ἐπ᾽ ἄμαξαν ἀπ᾽ οὔδεος ὀχλίσσειαν,
οἷοι νῦν βροτοί εἰσ᾽· ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος·

D ἐν δὲ τῷ δισκεύειν Ἁλιμήδου καὶ Ὀδυσσέως ὑπέρτερος, Ἐρεχθέως δὲ καὶ Κέλμητος καθ᾽ ἱππασίαν τεχνημονέστερος, Εὐρυμέδοντός τε

3. κοινοφυλεῖς L. 4. παρ᾽ αὐτῶν L. 15. ἡρακλέως L. 16. τὸ om. L. ibid. πολλῶν L. 21. 22. ὀχλήσειαν οἳ νῦν βροτοὶ εἶσ· ὃ δὲ μὴν ῥέα πάλε L.

praetores occupant, caputque amputant, quod imperatori a deo coronato tamquam donum miserunt.

Erat autem in publicis commodis et reip. negotiis curandis imperator diligentissimus, cum plurimas res gereret, ita ut tempore ieiunii in eius hebdomadibus post discessum senatorum ex regia, intraret in secretum, ubi vectigalia et reditus publici colliguntur; quaeque ibi intervenirent controversiae, eas diiudicaret.

In venatione porro et pila et onerum gestatione et saltibus omnino excellebat Basilius imperator, ita ut in venatione superaret Centauros, in pila Alcinoi regis iuvenes pila ludentes vinceret, in lucta Aristaeo et Aeaco valentior ipsique Herculi par esset, praeverteret saltibus Achillem, atque in tollendis facile manu oneribus multum praestaret Hectori, ita ut et in ipsum, etiam sine ope *cati Iovis* attollentem onus, quadraret poetae carmen, *Vix illud bini praestantes robore cunctis De terra in currum possent subvolvere, quales Nunc homines vivunt, tulit ipse quod ut leve solus;* in disco autem iaciendo Halimede et Ulysse superior, Erechtheo et Celmete equitandi peritior, Eurymedonte atque Alcmone

καὶ Ἄλκμονος κατὰ πυγμαχίαν στεῤῥότερος, περί τε δρόμον Ἀριστομέδοντος Δικταίου τε καὶ Πριάσου ὠκύτερος, καὶ ἐν τῷ τοξάζεσθαι Ὑμεναίου καὶ Ἀστερίου πολλῷ εὐστοχώτερος. ἐξ ὧν ὀλίγιστα διαγράψομαι.

Τῷ βασιλεῖ ποτὲ περὶ θήραν ἐνδιατρίβοντι ἐξ ὕλης τις παμμεγέθης ἔλαφος εἰς μέσον πεφοίτηκεν, οὗ τῶν ὀπισθίων ποδῶν ἐπαφεὶς κορύνην ὁ βασιλεὺς καὶ κατευτυχήσας τούτους διέθλασεν. τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ ἐπὶ λύκῳ κατεπεπράχει. σφαι- E
ριζόντων δὲ κατὰ τὸ πρὸς τὰ βασίλεια μέσαυλον ἢ κατὰ χῶρον ἵππων ἁμιλλητήριον, οὐδέποτε τῆς σφαίρας ἀποτετύχει, καί τοι πολλῶν διαμιλλωμένων καὶ ἐπεμβαινόντων τῇ παιδιᾷ· καὶ τοσοῦτον ἐπιτυχῶς καὶ γενναίως τὰ τῆς σφαίρας αὐτῷ .... ὥστε πολλάκις τυπτήσαντι ταύτην ἀπ' ἄκρας αὐλῶνος διαβιβασθῆναι ἔξω κατὰ πολύ γε τοῦ τέρματος, ὡς μὴ ταύτην ὁρᾶσθαι V. 61
τὸ σύνολον. ἐμεγαληγορεῖτο δὲ καὶ τῷ ἀρχηγῷ Βουλγάρων παλαιστρικός, ὃς κατὰ παλαίστραν ἐκέκτητο τὸ ἀήττητον· τοῦτον πρὸς τὴν βασιλίδα θαῤῥούντως ἐκπέπομφε πειρασθῆναι δυναστεύοντος. ἐπὶ τούτῳ δυσφόρως εἶχεν ὁ βασιλεύς, ἀλλὰ τὴν δυσφορίαν εἰς τὸ εὔφορον μετερύθμισεν, ἑαυτὸν καθεὶς τῇ παλαίστρᾳ, πλὴν μετὰ προσηκούσης τῆς ἐπικρύψεως· μετασχηματισθεὶς γὰρ τῶν βασιλικῶν ἐσθήτων τῷ παλαίοντι πρόσεισι. καὶ ὁ μὲν Σκύθης τὸν Μακεδόνα μετεωρίσαι μὴ ἐνδεδωκότα τῇ ἄρσει διήμαρτεν· ὁ δὲ τοῦτον χερσὶ γενναίαις ἑτοίμως διάρας σφοδρῶς τε περιδινήσας ἐπαγκυλίζεται, καὶ κατὰ γῆν πτῶμα ῥίπτει παμ-

9. ἢ καταχῶρον L. 17. ἐκπέπομφαι L.

pugilatu firmior, in cursu Aristomedonte Dictaeoque ac Prisso velocior, in sagittando Hymenaeo et Asterio longe dexterior. Ex quibus paucissima adscribam.

